VIRTUTUM VITIORUMQUE EXEMPLA, EX VNIUERSAE DIUINAE...

Nicolas : de Hanappes, ...

VIRTUTUM VITIORUMQUE

exempla, ex vniuersæ diuinæ scripturæ promptuario desumpta, per R. Patrem D. Nicolaum Hanapum, Patriarcham olim Hierosolymitanum, iam primum typis excusa.

HIS ACCESSIT TAM ILlustrium quàm obscurorum Virorum, Mulierumque vtriusque Testamenti Catalogus

NVNC RECENS PRAEterea additus est D. Cæcilij Cypriani de simplicitate prælatorum, Libellus plane aureus.

Veneunt Antuerpiæ in ædibus Ioannis Steelsij.

AN. M.D.XXXV.

Cum Gratia & Priuilegio.

CANDIDO LECTORI

EN damus tibi, candide lector, au-
reum hunc libellum multo ema-
culatius q̃ antea excuſum, qui q̃ ſit ſa-
crarum literarum ſtudioſis futurus et
commodus, & vtilis, non eſt vt in præ-
ſentiarum multis verbis ineptientes
indicemus (nõ opus eſt vino ven-
dibili ſuſpenſa hedera,) Ipſe
ſemet qualis ſit facile
proditurus eſt.
Vale.

INDEX SERIEM CAPITVLORVM demonſtrans huius opuſculi.

 De exe

Quod

De sapien-

FINIS INDICIS.

CATALOGVS TAM ILLVSTRIVM QVAM OBSCVRORVM VIrorum, Mulierumque vtriusque Testamenti.

Adam
Abel
Seth
Enos
Enoch
Noha
Thare
Abraham
Isaac
Iacob
Ioseph
Moseh
Aaron
Ietro
Eleazar
Phinees
Iehosua
Caleb
Othoniel
Aioth
Sangar
Gedeon
Thola
Iayr.
Iepte
Abessan
Ahialon
Abdon
Samson
Esrom &c.
Helchana
Samuel
Nathan
Dauid
Salomon
Ahias.
Hieu propheta.
Helias
Micheas
Heliseus
Hieu rex.
Ezechias
Iosias
Zorobabel
Iesus sacerdos
Esdras
Tobias
Mardochæus
Iob
Naaman
Esaias
Hieremias
Ezechiel
Prophetæ.12.
Iechonias
Abdemelech.

Matha-

Mathathias
Eleaſarus
Septem fratres
Baruch

Viri illuſtres Teſtamenti Noui.

Matthæus
Ioſeph
Ioannes Baptiſta
Marcus
Zacharias
Apoſtoli Chriſti
Ioſeph ab Arimathia
Ioannes Apoſtolus
Lucas
Lazarus
Nicodemus
Paulus
Gamaliel
Cornelius
Apollo
Dionyſius
Aquila
Septem diacones
Philippus
Agabus
Stephanus
Ananias
Timotheus
Titus
Ioſeph
Mathias
Ioſes

Viri obſcuri Veteris Teſtamenti.

Cain
Gigantes
Nimrod
Cham
Hiſmael
Eſau
Sichem
Her
Abia
Nadab
Achab
Ochoſias
Achas
Manaſſes
Ammon
Onan
Pharao
Adoniſedech
Beniamitæ
Filij Heli
Filij Samuelis
Saul
Doech
Goliath
Agag
Nabal
Ioab
Baana
Rechab
Abſchalon
Semei
Achitophel

Siba
Soboam
Hieroboam
Ioachim
Sedechias
Iudices Suſannæ.
Sacerdotes Belis
Phaſſur
Semeias
Iſmael
Aman
Nabuchodonoſor
Antiochus
Alchimus
Tryphon
Andronicus
Giezi

Viri obſcuri Teſtamenti noui.

Herodes
Iudas
Caiphas cum ſuis
Pilatus
Bariehu
Simon
Alexander
Hymeneus
Iamnes
Iambres
Diotrephes
Demetrius
Ananias

Illuſtres mulieres Veteris Teſtamenti.

Heua
Sara
Rebecca
Rachel
Lya
Sephora
Maria
Delbora
Ruth
Rachab
Betſchaba
Suſanna
Iudith
Eſther
Anna Helcanæ
Abigail
Olda
Regina Saba
Sunamitis
Sara Raguelis

Illuſtres mulieres Teſtamenti Noui.

Maria mater Chriſti
Eliſabeth
Anna prophetiſſa
Martha
Magdalena
Samaritana
Syrophœniſſa
Lydia
Tabita

Finis.

AD SACRA
RVM LITERARVM STV dium exhortatio ex sacris literis.

CHRISTVS
ad populū. Ioan. 5.

Scrutamini scripturas: quoniam illę sunt quæ testimonium perhibent de me.

Paulus Timotheo. 2. Tim. 3.

Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus.

Idem ad Romanos. Rom. 15.

Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Salomon Prouer. 30.

Omnis sermo dei ignitus, clypeus est sperātibus in se.

in se. Ne addas quicquam verbis illius, & argua ris, inueniarisq; mendax.

Moyses populo. Deut.12.

Non facietis singuli quod vobis rectum videtur: sed quod pręcipio tibi, hoc tãtum facito domino: nec addas quicquam, aut minuas.

Dominus ipsi Iosue. Iosue.1.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodi as & facias omnia quę scripta sunt in eo. Tunc di riges viam tuam, & intelliges eam. Nõ declines à verbis legis huius ad dexteram vel ad sinistram vt intelligas cuncta quæ agis.

Idem populo. Exod.13.

Narrabis filio tuo in die illo, dicẽs: Hoc est quod fecit mihi dominus quãdo egressus sum de Ægy pto. Et erit quasi signũ in manu tua, & quasi mo nimentum ante oculos tuos, & vt lex Domini semper sit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te dominus de Ægypto.

MOYSES. Deut.31.

Leges verba legis huius coram omni Israel, au dientibus eis, & in vnum omni populo congre gato, tam viris q̃ mulieribus, paruulis & adue nis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discãt, & timeant dominum deum vestrũ, & custodiãt impleantq; omnes sermones legis huius.

Esaiæ.48.

Clama, ne cęsses, quasi tuba exalta vocem tuã & annũtia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

Ezechielis.13.

Vę prophetis insipientibus, qui sequuntur spi ritum suum, & nihil vident.

CAPVT

CAPVT I.

DE MIRACVLIS DIVINA potestate factis.

CREATIO rerum fuit ita mirabilis, quod eius notitia non nisi per reuelationem venire potuit ad hominem. Nam secundum Gregorium, de præteritis Moyses prophetauit, dicẽs. In principio creauit deus cœlum & terram, non, quia prędixit vẽtura, sed quia prodijt occulta.

Greg. super Ezec. Omil. 1

Tẽpore diluuij saluauit Dominus Noë, cum vxore, & tribus filijs suis, & vxoribus eorũ, tum etiam de cunctis animalibus masculum & fœminam fecit seruari per Archam.

Gen. 7.

Præsumptionem hominum turrim vsque ad cœlum ædificare volentium, repressit Dominus, confundendo linguas eorum.

Gen. 11.

Mirabiliter natus est Isaac, idem mirabiliter liberatus, quãdo debuit immolari, ariete inter vepres hęrente.

Ge. 21. 22.

Quam multa fecerit Dñs miracula per Moysen, cũ eduxerit filios Israel de Ægypto: patet.

Exo. 7. 8. 9. 10.

Grande miraculum fuit, quod nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, populo exeunti de Ægypto ad terram promissionis.

Exo. 13.

Memorãdum & terribile miraculum fuit in diuisione & exiccatione maris rubri, quando trãsierunt filij Israel sicco pede, Ægyptij vero in medijs fluctibus obuoluti.

Exo. 14.

Per

Exo.15 Per lignum Moysi ostensum, dulcoratæ sunt aquæ.

Exo.16 Misit dn̄s murmuranti populo coturnices. Et postea pluit illis Manna ad manducandū: et aqua

Exo.17 de petra in abundantia ad bibendum.

Num.11 Murmurantibus, & desiderio carniū flagrantibus in deserto filijs Israel, misit deus carnes in abundantia.

Num.16 & .17 Occasione seditionis Chore & complicū suorum, multa miracula contigerunt.

Num.21 Percussi filij Israel à serpentibus ignitis, & aspicientes serpentem æneum, curabantur.

Deut.29 Adduxit dn̄s filios Israel per desertum quadraginta annis, & non sunt attrita vestimenta eorū, nec calciamenta vetustate consumpta.

Num.22 Veniens Balaā ad maledicendū populo dei, redargutus fuit ab asina, cui insidebat.

Iosue.3 Ingressis filijs Israel fluuium Iordanis, intumescebant aquæ superiores ad instar montis, inferiores in mare mortuum descenderunt.

Iosue.7 Post septem circumitus filiorum Israel muri Hiericho corruerunt.

Iosue.10. Obediuit dominus voti Iosue, dicenti. Sol cōtra Gabaon non mouearis.

Iudic.7 Immisit dominus gladium in omnibus castris Madian, et mutua se cęde truncabāt: sicq; per paucos multi debellati fuerunt.

1.Re.5. Per archam domini à Philistęis captam, multa fuerunt facta miracula.

1.Re.14 Ionathas et armiger eius tot de Philistęis percusserunt, quod factum est miraculum, & turbata sunt castra.

1.Re.17 Magnum fuit & hoc: Dauid iuuenis inexpertus, inermis, pręualuit aduersus Philistęum fortē armatum Goliath.

Helias

Helias legitur fecisse miracula in petendo fieri siccitatem, ita quod non plueritt super terram annos tres, menses sex. Corui quoque detulerunt ei panem & carnes bis in die. 3. Re, 18, 19

Consequenter suscitauit filium matris familias. Postea ignem, holocaustum mirabiliter consumentē, à Domino precibus impetrauit. Demum post orationem eius facta est pluuia grandis.

Dehinc angelus domini panem & aquam ei ostendit. Item ad preces eius, duos quinquagenarios ignis de cœlo consumpsit: quinquaginta viros similiter cum vnoquoque. 4. Re, 1.

Tandē diuisit pallio aquas Iordanis & in curru igneo receptus est in cœlum. 4. Re. 2.

Similia multa de Elisęo quoque. Elisęus mulieris viduæ debitis obligatæ oleum augmentauit. 4. Re, 4.

Idem mulierē Sunamitem filiū habere fecit. Deinde eundem mortuum suscitauit.

Apposita farina in olla, prius amara olera dulcorauit. Et panes multiplicauit, filijs prophetarū

Sanauit idem à lepra Naaman Syrum.

Fecit super aquas natare ferrum. 4. Re. 5

Absens tanquā præsens multa cognouit. Currus igneos angelorum à puero suo videri fecit. 4. Re. 6

Exercitum regis Syrię cęcitate percussit.

Idem multoties futura prędixit, vt patet. Eodem 6. 7. 8. 13

Cadauer hominis mortui tangens, ipsius ossa defunctus resurrexit. 4. Re. 14

Obsidente rege Sennacherib ciuitatem Lachis, percussi fuerunt vna nocte. 185000. tempore Hezechiæ. 4. Re. 19

Congregati sunt contra Iosaphat filij Amnō & Moab, & de monte Seir, cum canerent laudes Deo Leuitæ in exercitu Iosaphat, aduersarij in 2, Par, 20.

rij in semetipsos versi, mutuis concidere vulneribus.

4.Re.20 Mirabile fuit valde, quãdo ad petitionem Hezechiæ Sol retrocessit, per decem lineas in horologio Achaz.

Tob.11 Tobias quatuor annis fuit cæcus, & deinde, iuxta cõsilium angeli ad linitionem de felle piscis lumen recepit.

Dan.3 Memorandum fuit miraculum de tribus socijs Danielis, de fornace ignis ardentis, tam magnifice liberatis. Tum etiam & quod Daniel, ipse cum leonibus septem diebus remansit illesus.

Dan.14

Ion.1.2 Occasione Ionę mare fuit commotũ, quo proiecto piscis eum glutiuit, & per triduum ibi vixit & postea sanus exiuit.

2.Mac.3 Expertus est Heliodorus diuinam virtutem, quando voluit spoliare templum, fuitq; à duob⁹ iuuenibus grauissime verberatus.

2.Mac.8 Aduersus Galatas in Babylonia.6000.hominum perimerunt.12000.hominum, propter auxilium illis è cœlo datum.

Luc.1 Angelus Domini apparuit Zachariæ, nuntians ei ex parte Dei, quod vxor eius Helizabeth sterilis & anus pareret ei filium, qui incredulus ad verbum Angeli, mutus effectus est, vsque ad circuncisionem pueri, & tunc loquela restituta est ei.

Eodem Mirum, dulce, & pium valde fuit, quando ad salutationem beatę Mariæ, quę nouiter conceperat saluatorem. Ioannes in vtero matris existens, exultauit, beataq; Helizabeth hoc cognoscens, exaltauit dicens. Benedicta tu in mulieribus &c.

Matt.2 Idem & quod Magi venerunt ab oriente, stella duce, Hierosolymam.

Vocatus

Vocatus ad nuptias Dominus Iesus, initio si-gnorum, aquam in vinum vertit. Ioan. 2

Non fuit paruum Domini miraculum, quando illi de Nazareth ira repleti, duxerunt eum ad supercilium montis, vt præcipitarent eum: ipse autem transiens per medium illorum ibat. Luc. 4

Circumibat Iesus, obtuleruntque ei omnes male habentes & curauit eos. Mat. 4 Lu. 4. 6

Quantum ad miracula, quę Saluator noster cũ hominibus conuersatus, dignatus est operari, ex Euangelica colligitur historia. Miracula Christi.

Quia ipse tres mortuos suscitauit, videlicet, filiam archisynagogi, filium viduę extra portam ciuitatis delatum: tertium Lazarum. Mat. 9 Mar. 5 Luc. 8 Ioan. 11

Deinde leprosos vndecim. De vno Mat. 8. Lucæ. 5. De alijs decem simul mundatis Lucæ. 17. Leprosi

Postea sex cæcos legitur illuminasse. De duobus simul Mat. 9. De alijs duob9 Mat. 20. De vno alio Mar. 8. Veniunt Bethsaida &c. De cæco nato, Ioan. 9. Cæci.

Dæmoniacos autem septem specialiter liberauit. De duobus Mat. 8. quorum vnus, qui erat famosior, & nomen sibi Legionem esse dicebat: Tangitur id Lucæ. 8. De vno alio, qui erat cęcus & mutus. Matth. 12. De quodam Lunatico, qui nõ poterat liberari, nisi ieiunio & oratione. Mat. 17. Mar. 9. Et de quodam spiritu immundo ab homine, in synagoga Iudæorũ eiecto, tangitur Marci. 1. Lucæ. 4. Et de filia mulieris Chananęę ad instantiam matris sanata. Dæmoniaci. Mat. 15

Tum & secundum literam narratur, Lucæ. 8. eiecisse septem dæmonia de Maria. Et hoc ipsum dicitur Mar. 16.

Cum socrus Simonis teneretur magnis febribus, imperauit Iesus febri, & continuo surgens, ministra- Mat. 8. Mar. 1

Luc.4 ministrabat eis.

Mat.9. Paralyticum per tegulas et tectum demissum Mat.4 sanauit.

Luc.5. Hydropicum quoque, dum sabbato in domo Luc.14 pharisæi comederet, incuruatamq; mulierem nec sursum respicere valentem erexit.

Mat.12 Hominem manum aridam habentem, extendere fecit. Mar.3.

Mat.8. Sanauit quoq; verbo seruum Cēturionis, qui iacebat paralyticus.

Mar.7 Item surdum fecit audire, & mutū loqui.

Ioan.4 Filium Reguli de Capernaum, incipientem mori, ad vitam reduxit.

Mat.9. Fluxum sanguinis in muliere Emorrhoissa Mar.5. cessare fecit tactu fimbriæ.

Mat.8. Tempestate valida in mari, ipso dormiente Mar.5. commota, imperauit ventis, statimque venti & Luc.8. mare obediunt ei.

Mat.14 Ambulauit discipulis admirantibus supra mare, & Petrū ambulare fecit super eodem, & incipiente mergi, manu extensa, saluauit.

Mar.9. Pulchrum miraculum ostendit illis tribus di- Luc.9. scipulis in sua transfiguratione.

Mat.14 Itē & de quinq; panibus & duobus piscibus Mar.6. quinque milia hominum satiauit, & sublati fue- Luc.9. runt duodecim cophini.

Ioan.6 Quatuor miliā hominum alia vice refecit de Mat.15 septem panibus & paucis pisciculis, superfue- Mar.8. runt septem sportæ.

Mat.21 Idem ficum habentem folia sine fructu male- Mar.8. dixit, & continuo aruit.

Ioan.18 Auriculam per Petrum seruo principis amputatam, benigne restituit, & Petrum super hoc increpauit.

Mat.28 Cum autem Saluator penderet in cruce, à se-

xta

xta hora diei vſque ad horam nonam, tenebræ factæ ſunt per vniuerſam terram, Luna exiſtente decimaquinta, & in parte cœli oppoſita, quod Sol per illam Lunam nullatenus poterat eclypſari. Et velum templi ſciſſum eſt, & monumenta aperta.

Reſurgente Domino, terræmotus factus eſt magnus. Angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens, reuoluit lapidem &c. Præ timore autē exterriti ſunt cuſtodes. Eodem.

Deinde apparuit diſcipulis ianuis clauſis. Ioan. 20

Et ad mare Tyberiadis, vbi ad præceptū eius mittentes rete in mare, impletum eſt magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus: & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Ioan. 21

Tandem quadraginta dies poſt reſurrectionē ſuam, apparens diſcipulis, & eos increpans & inſtruens. Videntibus illis, atq; admirantibus illis, eleuatus eſt in cœlum, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Luc. 22. Act. 1.

Prædicta miracula in ſpeciali tanguntur: alia vero plurima fuiſſe facta in generali leguntur, ſicut apparet in diuerſis locis, in Matt. Marc. Luc. Vnde Ioan. Multa quidem alia ſigna fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur, totus mundus non caperet libros &c. Ioan. 20

Miro modo fuit magnum miraculum de effuſione Spiritus ſancti ſuper diſcipulos in die Pentecoſtes: Vnde fuerunt ita roborati, conſolidati, & illuſtrati. Act. 2.

Videns Petrus hominem claudum iuxta portam ſpecioſam templi. In nomine Ieſu dixit: Surge, & ambula, & apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eum, & conſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ. Act. 3.

Act.5. Princeps sacerdotum,et qui cum illo erant inieceruntmanus in apostolos, posueruntq; eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem eduxit,& carcerem reclusit.

Eodē. In plateis ponebant infirmos in lectis et grabbatis,vt veniente Petro, saltem vmbra illius obūbraret quenquam illorum. Concurrebat autem multitudo vicinarū ciuitatū,& sanabat omnes.

Act.8 Prædicante Philippo in Samaria,multi qui habebant spiritus immundos, clamantes exibant, Multi etiam paralytici & claudi curati sunt.

Act.9 Æneam paralyticum ab annis septem iacentē in grabbato Petrus sanauit,dicendo: Ænea,sanet te dominus Iesus.

Act.9 Eiectis omnibus foras Petrus ponens genua orauit.Et conuersus ad corpus Thabitæ mortuū, dixit: Thabita surge. At illa aperuit oculos,& viso Petro resedit.

Act.9. Mirabile et amabile factum fuit,quod Saulus dum iret Damascum,ad capiendum Christi discipulos,cœlesti lumine circumfultus, in terrā prostratus est:sed interius illustratus, quamuis extra occœcatus.

Act.12. Petrum incarceratum catenis duabus vinctū, & sedecim militibus diligentissime custoditum: angelus Domini solutum eduxit, & porta ferrea vltro aperta est eis.

Act.13 Elymam magum, pseudoprophetam Iudæū Paulus priuauit lumine oculorum, eo quod ipse proconsulem Paulum à fide auertebat, et Apostolis verbum dei prædicantibus resistebat.

Act.14 Ciuitate Lystris erat quidam vir claudus ex vtero matris suæ, qui nunq̄ ambulauerat, quem intuēs Paulus dixit voce magna.Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit,& ambulauit.

Quædam

Quędam puella habens ſpiritum Phytonem, magnum quæſtum præſtabat dominis ſuis diuinando. Hæc ſequebatur Paulum & Lucam, clamans et dicẽs: Iſti homines ſerui dei excelſi ſunt. Paulus autem dixit ſpiritui. Pręcipio tibi in nomine Ieſu exire ab ea. Et exiuit eadem hora. Act. 16.

Cum eſſent Paulus & Silas in carcere laudantes Dominum, ſubito terręmotus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris & ſtatim aperta ſunt oſtia omnia & vniuerſorũ vincula ſoluta ſunt. Eodem.

Virtutes non modicas faciebat Deus per manus Pauli, ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria, vel ſemicinctia: & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequã egrediebantur. Act. 19

Quidam Iudæi tentauerunt inuocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini IESV CHRISTI dicentes: Adiuro vos per Ieſum, quem Paulus prædicat. Reſpondens ſpiritus dixit. Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? Et inſiliẽs homo in quo erat dæmonium, dominatus eſt eorum ita, vt nudi & vulnerati effugerent. Eodem.

Vna Sabbati Paulus diſputans protraxit ſermonem vſque ad mediam noctem. Sedens autem quidam adoleſcens ſuper feneſtram, cum vrgeretur ſomno graui, cecidit de cœnaculo tertio deorſum, et ſublatus eſt mortuus. Ad quem cum deſcendiſſet Paulus incubuit ſuper eum. Adduxerunt autem puerum viuentem, & conſolati ſunt nimis. Act. 20

Tempore hyemali cum euaſiſſent Paulus & ſocij eius de confracta naui, & calefacerent ſe ad ignem, vipera à calore procedens inuaſit manum Act. 28

Pauli, quam ille excutiens in ignem nihil mali pasſus fuit, cum tamen crederetur ab hominibus regionis illius, ilico moriturus.

Eodem Patrem Publij febribus, & diſſenteria laborantem, Paulus facta oratione, & manuum impoſitione ſanauit: quo facto, omnes qui in inſula illa habebant infirmitates accedebant & curabantur.

CAPVT SECVNDVM
De Prouidentia Dei & occultis eius iudicijs.

Gen. 1. SCiebat Dominus hominem peccaturum, & tamen ipſum peccabilē fecit cum impeccabilem facere potuiſſet. Sed ſciebat quantū bonū occaſione illius culpæ elici debuiſſet.

Gen. 38 &. 41. Filij Iacob vndecim, fratrem Ioſeph extinguere decreuerunt, ſed deo diſponente, ipſum ſuper ſeipſos exaltauerunt.

Gen. 48 Mirante Ioſeph, & cauſſam ignorante Iacob in filiorum benedictione eius ſuper Ephraim, poſuit manum dextrā, ſuper Manaſſem ſiniſtram.

Exo. 2. 3 Poſtquam Moſes percuſſerat Ægyptium, & offenderat corripiendo quendam Iudæum, fugit à facie Pharaōis, & exulauit in terra Madian multis annis, ita quod videbatur ne de cætero auderet comparere in terra Ægypti. Et tandem ibi paſcendo oues ſoceri ſui, habuit maiores occaſiones vacandi Deo, & vidit viſionem illam grandē, ac miſſus fuit à Deo ad filios Iſraël, & ad Pharaonem.

Exo. 5. 6 Sciebat dominus Pharaonem nō obediturum mandatis ſuis, & tamen ipſum per Moſen faciebat requiri.

Ante-

Antequam educeret dominus filios Israël, in Ægypto, longo tempore & multoties eos affligi & flagellari permisit. Exo.1.5

Magi & malefici Pharaonis, Deo permittente, fecerunt signa in Ægypto, sicut Moyses, quo ad plura. Exo.7.

Permittit dominus reprobos indurari, & electos affligi, vt supra aliqua miraculosa operetur, & inde cognoscatur amplius, & laudetur. Exo.9.

Toties promisit dominus filijs Israel terram illam lacte & melle manantē, & tamen duo tantū de illis, qui viginti annos habebāt Caleph & Iosue, ad illam peruenerunt: reliqui vero nō, sed tantum paruuli eorum. Num.14

Moyses qui toties populum peccantem reconciliauit Deo, peccauit semel ad Aquas contradictionis: & non obtinuit pro seipso, vt intraret terram promissionis. Num.20

Hoc ipso, quod filij Israel propter peccata sua permanserūt quadraginta annis in deserto & amplius, magnificatus est Deus, qui eos tamdiu pauit, & eorum vestimenta à cōsumptione seruauit & tandem eos in terram promissionis miserabiliter introduxit. Iosue.2

De gentibus qui habitabant in terra promissionis dicitur. Domini sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel & caderent, & non mererentur vllam clementiam, & perirent. Iosue.11

Postquam Gedeon tam mirabilem victoriam de inimicis habuerat, & dominari populo recusauerat, fecit Ephot, quod factum est ei & domui eius in ruinam. Iudic.8

Iratus dominus filijs Israel propter peccata eorum, dixit eis: Non addam, vt vltra vos liberem: Iudic.10

ite & inuocate deos quos elegiſtis. Dixeruntque ad dominum: Peccauimus. Et ſequitur. Quòd doluit ſuper miſerijs eorum.

Iudic.16 Samſon, angelo nuntiante, de ſterili matre cõceptus, poſtea fuit pluries per mulierem deceptꝰ & ad vltimum ruina domus depreſſus.

Iudic.20 Filij Iſrael contra filios Beniamin de cõſilio et voluntate domini præliãtes, bis debellati fuerũt: ſed illos poſtea penè penitus deleuerunt.

1.Reg.6 Permiſit deus arcam capi ab incircuncisis, vbi multa miracula fecit: Et cum reduceretur, Bethſamitæ cum gaudio receperunt eam. Quia vero viderunt eam, percuſſit Dominus ſeptuaginta viros de principibus, &. 50000. plebis.

1.Reg.15 Saule melior non erat in populo, quando fuit à domino ſignanter electus: et tamẽ cito poſt peccauit, & fuit à deo proiectus.

1.Reg.16 Dauid erat minimus inter fratres, & quaſi nullius reputationis inter eos. Vnde quando vocati fuerunt filij Iſai, iſte neglectus vel contemptus fuit: tamen per illum dominus totum populum gubernauit, & totam illius progeniem ſublimauit.

1.Reg.28 Satis eſt mirabile, quando Samuel propheta à muliere phytoniſſa legitur ſuſcitatus. Auguſti. li. de do. Chri. dicit. Qđ fuit imago Samuelis, non ipſe propheta vel anima eius: Apparuerit vero arte dæmonum ſacrilega.

2.Reg.7 &.24 Notandũ, ꝙ expreſſe loquutus eſt deus ad Nathan de bonitate Dauid, & filij eius, qui ædificaturus erat templum, & tamen ambo in peccatũ tam turpiter corruerunt.

3.Reg.3 Moriturus Dauid ordinationem fecit ſatis mirabilem: ſed quia ſcriptura ita commendat eum, ſupponendum eſt, quo licet crudelis in parte

fuerit

fuerit, non tamen iniusta ratione fecisse, aut factū fuisse.

Salomoni dedit dominus tantā prosperitatem & pacē, quod nō erat Sathan in occursum. Sapiētiam quoq; & gloriā præ cunctis regibus, & tādem permisit eum dominus infatuari, deprauari, & ei multiplices aduersarios suscitari. 3. Reg. 11

Præcepto domini per Esaiā prophetā, præfectus est Hieroboā super decem tribus, qui tamen populum ad idololatriam malitiose induxit. Eodem

Occidit Leo virum Dei, qui prędixit Hieroboam destructionem altaris, & de carnibus ipsius mortui non comedit. 3. Reg. 13

Cum esset Achab sceleratissimus, & audiret pœnā sibi pro criminibus infligendā, cœpit exterius humiliari, & dominus pœnam infligere prorogauit. 3. Reg. 21

Terribile fuit, quod duos principes quinquagenarios, cum. 50. viris, fecit Helias igne descendente desuper subito deuorari. 4. Reg. 1

Iehu rex Israel maximo zelo persequutus est Baal cultores, ita quod dominus ipsius opera cōmendauit, & tamen ab idololatria vitulorum Ieroboam, non recessit. 4. Reg. 10

Manasses rex in Hierusalem, terribilia facinora perpetrauit, postea catenis vinctus, & in Babylonem ductus, pœnitentiā agens orauit dominum, & exauditus fuit. 2. Par. 33

Iosias rex Iuda cum sanctissimam vitā duxisset, tandē perrexit vt dimicaret cōtra Necho regē Ægypti, dicentē ei. Desine aduersus Dominū facere, qui mecum est, ne interficiat te, Nō acquieuit sermonibus Necho ex ore Dei, & male successit ei, sagittis fixus perijt. 2. Par. 35

Ciuitatem sanctam, electam, specialiter dile-

ctam, peculiarem populum, quem de Aegypto mirabiliter eduxerat per desertum, in terram promissionis introduxerat, permisit deus per Chaldæos & Assyrios deuastari & mirabiliter captiuari, videbaturque quod de illis penitus non curaret, dicitur autem Tob. 13

Tob. 13 Confitemini domino filij Israël, quoniã ideo dispersit vos inter gentes quæ ignorant deum, vt enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius deus preter eum.

Tob. 2 Tobias post tã pia opera misericordię, quibus solicitus erat, excęcatus est, cuius caussam nõ intelligentes amici eius scandalizati, insultabãt ei.

Iudith. 2. 3 Satis mirabile potuit reputari, quare tot regna permisit deus ab Holoferne nequissimo subiugari.

Esth. 3. Item de Aman qui fuit superbissimus & crudelissimus, & tamen fuit post regem, super cunctos principes exaltatus.

Iob. 1. 2 Mirabãtur & scãdalizabãtur amici Iob super eũ, quod videbãt tam grauibus flagellis afflictum.

Diuina iustitia punit interdum malos homines per peiores, sicut filios Israël & Iuda per Nabuchodonosor, & Chaldęos. Vnde Esa. 10. Væ Assur virga furoris mei, &c. Non solum super populum fidelem et bonum instituit dominus principem, vel prælatum, verum etiam super omnes Non enim est potestas, nisi à deo.

Esa. 10

Rom. 13

Ionæ. 3 Pręcepit dominus Ionę, vt pręcicaret. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, Et tamẽ sciebat dominus Niniuitas pœnitentiam acturos & non taliter puniendos.

1. Mac. 1 Permisit dñs, vt Antiochus prophanaret illud venerabile templũ, & succẽderet ciuitatẽ sanctã, & faceret ibi innumeras cædes innocentum.

1. Mac. 6 Tẽpore Antiochi Epiphanius, qui tẽplũ Hierusalem

rusalē destruxit, prophanauit, multos Iudęos to. sit crudeliter, & occidit, poterat videri multis quod magna cōfusio erat & deordinatio in regimine vniuersi. Verūtamen ex illis malis elicuit dominus, malorū punitionē, quorundā correptionē multorū etiā tunc interfectorum virtutes & merita fuerunt multipliciter augmentata.

Obsecro aūt eos qui hoc audiunt. Quomodo Iudas Machabęus, Ionathas, & Simon fratres eius, fuerint viri quo ad deū & hoīes fidelissimi & strenuissimi, & tamē satis mirabiliter mortui. Nā Iudas in bello cōtra Bacchidē cecidit: Ionathan vero cū duobus filijs Tryphon occidit: Simonem autē & duos filios eius Ptolemæus filius Saboldi inebriatos proditorie iugulauit. (1. Mac. 9; 1. Mac. 12; 1. Mac. 15)

Mirū fuisse videtur, quod Eleazarus vir ætatę prouectus, & illi septē fratres tam crudelia sustinuerunt pro diuina lege tormenta, nec tamen Deus ibi aliquam vindictam in tyrannos ostendit. (2. Mach. 6. & 7)

Voluit dominus, puer existēs, in Ægyptū deferri à facie Herodis: & permisit loco sui, innocentes occidi. Sed in hoc ipsis infantibus melius prouidit. Nunquam enim tantū bonū prouenisset ijs, si Herodes eos honorare curasset, quantū prouenit eis ex hoc, quod eos occidi mandauit. (Mat. 2)

Audita fide Centurionis miratus est dñs, & sequentibus se dixit. Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cū Abrahā, Isaac & Iacob in regno cœlorū, filij autē regni huius ejcientur foras in tenebras exteriores. (Mat. 8.)

Quidā scriba obtulit se ad sequendū dñm, & nō fuit admissus. Aliū vero inuitauit ad sequendum, qui non voluntarius videbatur, vnde dixit Permitte me sepelire patrem meum. (Luc. 9; Mat. 8)

Fecit dñs virtutes in Chorozaim & Bethsaida (Mat. 11)

faida vbi parum profuit, & non fecit in Tyro & Sidone, vbi si fecisset multum profuisset.

Mar. 6 Permisit Deus Ioannē Baptistā, exēplar totius sanctitatis, ab Herode vilissimo adultero decollari. Stuporē autē auget, quia hoc factū fuit ad instantiā meretricis, nec aliqua vindicta legitur in Euāgelio subsequuta, nō in puellā, non in adulteram, nec in ipso Herode Tetrarcha.

Act. 13 In dominica passione per sceleratissimā hominū iniquitatē, impleuit deus circa redēptionē humani generis suā benignissimā volūtatē, vnde dixit Paulus, Quia prenunciauit per os oīm pphetarū, pati Christū suū, sic impleuit &c.

Ioan. 18 Petrus princeps apostolorū & caput ecclesiæ ipso permittente, ter Christum negauit.

Ioan. 11 Thomas, qui tam cōfidenter dixerat, eamus & nos & moriamur cū eo, de resurrectione dominica dubitauit, ex quibus sequutum est. Quod Petrus fuit mitior erga peccatores, & fuerunt in fide solidati fideles, vel in fide trepidantes. Habetur etiam ex hoc quod nullus debet de sua firmitate præsumere. Et quod, siue quis ceciderit à fide siue dubitauerit nō debet de dei misericordia, & consequenda venia desperare. Ex hoc quod Iudas Apostolus & dispensator domini in enorme peccatū cecidit nec resurrexit, retunditur, omnis presumptuosa securitas, qua nullus pro statu quē habeat, vel pro actu quē faciat, debet altū sapere, sed timere. Quoniā Apostoli duces fidelis populi fuerūt, tamē in carcere cū diligētia custoditi. (Act. 4.)

Poterat videri aliquibus infirmis, quod deus tēpore nouellæ fidei, nō debebat talia permisisse, sed ex hoc ipso fideles fuerūt mirabiliter cōsolati, & aduersarij fidei cōfutati. Simile accidit de solo Petro, quando fuit ob Herode captus, & incarceratus (Act. 12.)

ratus, & per angelum miraculose eductus.

Magna fuit iniquitas Stephanũ lapidare, & tamen inde multa bona superna prouidente clemẽtia, prouenerunt, Nã ipse fuit in cœlo gloriose coronatus, in terra abundantius honoratus, oratio autẽ sua, quam ibi fecit, nobis Paulum acquisiuit & omnibus posteris reliquit miræ patientiæ & charitatis exemplum. Act. 7.

Lapidato Stephano, facta est magna persequutio in ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, prę ter Apostolos, ita quod videbatur ad cultũ christianæ religionis ingerere detrimentum, sed dispersi discipuli euangelizabant verbum dei, ita quod hoc ipso ecclesia fuit amplius dilatata Act. 8.

Prædicantibus Paulo & Barnaba Iudæis, & illis repellentibus verbũ dei, assumpserũt ipsi occasionem gentibus prædicandi. Act. 13

Facta est dissentio inter Paulũ & Barnabam propter Ioannẽ Marcũ, quẽ Paulus nolebat recipere, eo quod defecisset ab eis. Barnabas aũt volebat illũ secũ assumere, ita quod ab inuicem decesserunt, ex quo videbatur scandalũ debere sequi Sed disponẽte deo, magnus sequutus est fructus quia pluribus prędicatum est verbum dei. Act. 15

Grandia facinora cõmittebant illi qui egregiũ doctorẽ Paulũ incarcerabant, & à prędicatione ipsum cessare cogebant, poterat etiã multos videri, quod hoc incõueniens erat, & ꝙ Deus hoc permittere nõ debebat. Et tamen notandũ est valde, quod ex tãtis impedimentis, & dãnis diuina prouidentia multas vtilitates ostendit & effecit. Nã inde meritũ Pauli creuit, sic etiã maiora virtutũ exẽpla reliquit, & melius docuit per opera, ꝙ̃ prius fecisset per verba, Puta, in carcerẽ positus

scripsit

scripsit absentibus & remotis, nec tātum profuit Ecclesię prędicando, quantum profuit epistolas transmittēdo. Vnde si in vna ciuitate, vel prouincia fuisset ab omnibus honoratus, & libenter auditus, non habuisset occasiones ad diuersos populos transeundi, quando ergo persequebātur eū Iudæi, vel quicunq; alij, de ciuitate in ciuitatē verbum dei pluribus prædicabat. Quando in carcere tenebatur, epistolas faciebat. Quando resistebant ei Iudæi, ad gentes conuertebatur. Vt Acto. 13. Quoniam repellitis & cæt. ecce conuertimur ad gentes.

Act. 13. 18

Rursus etiam, quia in Syria Fœlicem & Festū iudices habuit iniquos, cōpulsus est Cæsarem appellare, sicq; Romam venit, quā sua prædicatione, & doctrina salubriter illustrauit & passione fœliciter decorauit

Act. 25

CAPVT III.

De benignitate dei ad seruos suos.

Gen. 18

ABraham loquens cū domino, & petens vt parceret Sodomitis, mira fiducia vtebatur, & visus fuisset apud homines importunus, sed domin9 ei semper benigne respondit, & quod petebat concessit.

Gen. 31 & 33

Fugienti Iacob iram fratris, dominus clementer apparuit, & tunc ipsum redeuntem ad fratrē suum, ab insequutione soceri sui liberauit.

Gen. 32

Magna fiducia vsus est Iacob, orādo dn̄m dicens, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

Exo. 32

Ait dn̄s ad Moysen, Cerno q̄ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos. Quasi diceret, tu me tenes, nec possum hos peccatores conterere, nisi dimittas me.

Exo. 33. Num. 12 & 15

Loquebatur dominus ad Moysen, sicut loqui solet homo ad amicū suū, ipsumq; ab ęmulis suis

&

& detractoribus defendebat.

Obediuit dominus voci Iosue dicenti, Sol cõ tra Gabaon non mouearis. Iosue.10

Balach vocauit Balaam, vt malediceret filijs Israël, sed dominus econtrario per illum benedixit eis, vt recitatur Iosue.24. Num.23.

Gedeon â domino bis petijt signum in vellere vtrũ deberet victoriã de hostibus obtinere. Iudic.6

Mirũ fuisse dicitur de hoc quod dñs non fuit indignatus in abiectione sui, sed cõtemptu seruorum dei, ipse reputauit se contẽni, vt patet in Samuele, Nõ te abiecerũt, sed me, dicit dominus. 1.Re.8.

Nota etiã q̃ pie loquutus sit dominus ad Nathan de Dauid & domo eius in futurum. 2.Re.7

Quamuis posteri Dauid multipliciter & grauiter peccauerunt, tamen opera eius bona frequẽter memorantur, & propter illa multoties pepercit dominus peccatis illorum. 3.Reg.11

Ex pręcepto domini corui deferebant panẽ & carnes Heliæ, & postea angelus domini panem & aquam eidem ostendit. 3.Re.17 &.19

Ezechia rex Iuda dixit, dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt dominum, & non imputabit eis quod minus sanctificati sunt. 2.Par.30

Misit dominus angelum suum, qui Tobiam iuniorem duxit & reduxit, dęmoniũ ab eius vxore compescuit, gaudium parentibus eius fecit, seniorem Tobiam à cæcitate curauit, & totam domum eius omnibus bonis repleuit. Tob.5

Videbatur quasi, Dominus timere offensam Hieremię, cũ vellet populũ propter peccata sua omnino delere, dicebat enim cap.7. Proijciã vos à facie mea &cæ. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem Hier.7

&

& nō obsistas mihi quoniā non exaudiam te.

Dani. 3 Planū est, quod deus est cū seruis suis in tribulatione. Vnde Nabuchodonosor vidit cū Azaria & socijs suis, similē filio dei in fornaci candenti.

Dan. 14 Cum Daniel esset in Babylone in lacu leonū misit ei de longinquo, scilicet de Iudæa, prandiū per Habacuc prophetam.

Dani. 13 Exaudiuit dominus vocem Susannæ, & quia per impudicos senes presbyteros iniuste fuerat condemnata, per continētem puerum, fuit iusto iudicio liberata.

Ionę. 2 Præparauit dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam, qui tamen propter inobedientiā videbatur iuste meruisse pœnam.

2. Mac. 10. & 11 Machabęus, & qui cum eo erant pugnātes cōtra Timotheum, habuerūt manifeste de cœlo auxilium, apparuerunt enim viri quinque in equis, &c. Postea vero alia vice euntes ad prælium contra Lysiam, apparuit præcedens eos eques in veste candida armis aureis hastam vibrans.

Mat. 4 Luc. 8. Mira erat benignitas in Saluatore, qui circuibat sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem, qui nisi fecisset, multi infirmi accedere ad eum non potuissent.

Mat. 8. Leproso dicenti: Domine, si vis, potes me mūdare: pie respondit & benigne fecit, extēdens. n. Iesus manū, tetigit dicens. Volo, mūdare, Sacerdotes aūt huiusmodi hoīes habebant horrori.

Mat. 9 Mar. 5 Statim post vocationem Matthęi discubuit dominus in domo eius.

Cum secessisset dominus in desertū, vidit turbā multā & misertus est eius, & curauit languidos eorum, vespere autē facto, dixerunt discipuli

Mat. 14 Dimitte turbā, Iesus aūt tanq̄ liberalissimus, ait illis, Date eis vos manducare.

Petrus

Petrus incipiens mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac, & continuo Iesus extendēs manum apprehendit eum. Mat.14

Mariam Magdalenam pie defendit dominus contra Pharisæum male de ea cogitantem, & cōtra sororem propriam de illa conquerentem. Itē & contra discipulos propter effusionem vnguenti in eam frementes. Lu.7,19 Mar.14

Ineffabilis pietas dei multū ostenditur, in exēplo de filio prodigo, vbi dicitur. Cum adhuc longe esset filius vidit illum pater suus & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Idem petebat fieri sicut vnus de mercenarijs, pater interrupit verba, & recepit eum in filium. Luc.15

De facili dominus recepit illos quos mundus eijcit. Vnde cæcus ille natus, à domino illuminatus postquā fuit à synagoga eiectus, statim à domino receptus est. Ioan.9.

Mira fuit Christi benignitas, quādo ad domū publicani Zachęi, qui eū videre cupiebat seipsum inuitauit, & eiusdem domui benedixit. Luc.19

Cum protulisset Dominus indistincte, vnus ex vobis me tradet, sequitur, Cū recubuisset Ioānes super pectus Iesu, ait. Domine quis est? ecce q̄ magna benignitas & familiaritas. Ioan.13

Promisit saluator discipulis, de suo recessu contristatus, quia Pater alium paracletum daret eis quod adimpletū optime, die Pentecostes, quando spiritus sanctus eos taliter roborauit, consolatus est, illustrauit, vel docuit. Act.2

Veniētibus ad capiendū Dominum ministris Pontificū dicitur eis. Si me quęritis finite hos abire, Sciebat enim, quod nō erant parati ad martyrium sustinēdū, Iccirco clemēter infirmitati eorū Ioan.18

condeſcendens, voluit quod parceretur eis.

Luc. 23 Petijt latro vt Dominus meminiſſet eius cum veniſſet in regnum ſuum. Dominus autem plus conceſſit quàm ille peteret, dicens, Hodie mecũ eris in paradiſo.

Luc. 22 Magna fuit Chriſti pietas, qui nec Petrũ qui ter eũ negauit, repulit, ſed benigne reſpexit, nec

Ioan. 20 Thomam in dubitatione reliquit, ſed ſe palpandũ manifeſte exhibuit.

Act. 9 Item Paulum in actu perſequutionis exiſtentẽ excæcauit, proſtrauit, vocauit, & conuertit.

Act. 7 Dum lapidaretur Stephanus, vidit dominum in cœlis ſtantem, tanquam paratum ad ipſum fortiter adiuuandum.

Apo. 1 & per totum. Beato Ioanni in inſula Pathmos exulanti, multam benignitatem dominus oſtendit, aperiendo ei, & angelum ſuum mittendo, qui eum multiplici reuelatione conſolatus eſt.

CAPVT IIII.

De Conſolatione diuina.

Gen. 12 15. 18 POſtquam Abraham exiuit de terra ſua, ad mandatum domini, ipſe dominus conſolatus eſt eum, diuerſis apparitionibus & reuelationibus.

Gen. 28 Fugiente Iacob à facie fratris ſui, & ſuper lapidem dormiente, apparuit Dominus & ei magnam conſolationem infudit.

Exod. 3 Apparuit Dominus Moyſi exulanti & oues paſcenti, quod non accidit ei quamdiu nutriebatur in domo Pharaonis.

Exod. 17 Filijs Iſrael pluit manna in deſerto è cœlo, carnes quoque & aquam pluries dominus miraculoſe dedit.

Exod. 34 Moyſes in monte exiſtens, quadraginta diebus & totidem noctibus, non manducauit, nec

bibit

bibit, reficiebatur enim diuino eloquio.

Dixit dominus ad Iosue, non dimittam nec relinquam te, confortare, & esto robustus. Iosue, 1

Præcepit dominus, vt corui portarent bis in die panem & carnes Heliæ. 3. Reg. 17

Post hoc apparuit dominus ei, cum fugeret Iezabel, cuius prophetas fecerat occidi. 3, Reg. 19

Efficaciter dominus consolatus est Hezechiã regem per prophetam & per angelum, qui occidit. 185000. de exercitu regis Assyriorum. 4. Re. 19.

Exauditæ sunt eodem tempore orationes Saræ & Tobiæ, & missus est angelus domini qui curaret ambos, Saram videlicet à dæmonio viros illius interficiente, & Tobiam seniorem à cæcitate & paupertate. Tob. 3

Populum Israel existentẽ in angustia & timore, pręe exercitu Holofernis, dignatus est domin9 per manũ vnius fœminę mirabiliter cõsolari. Iudith. 16

Conuertit Dominus luctum Iudęorum in gaudium, quando ipsi procurante Esther hostes suos, qui ad iugulationem illorum se parauerant occiderunt. Esth. 9

Notabile est quod quando populus Israel fuit in magna afflictione, supple tempore captiuitatis Babyloniæ plures habuit prophetas, q̃ tempore Salomonis, quando fuit in maxima prosperitate, nam Hieremias fuit in Iuda, Ezechiel & Daniel in Chaldæa.

Angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, Per quod apparet, quod omni loco, omni tẽpore, parata est diuina pietas hominem confortare. Dani. 3

Danielem bis positum in lacum Leonum con- Dan. 6, 14

solatus est dominus, Primo mittendo angelum, qui leonum ora conclusit, Secundo per Habacuc prophetam, quem de Iudæa in Chaldæam cum cibo per angelum transportauit.

Dan. 15 Susannam, calumniose damnatam, eripuit de us exinsperato per puerum Danielem.

1. Mac. 11 Machabęus & qui cum eo erant videntes adiutorē à deo sibi missum, benedixerunt misericordem dominum, & conualuerunt animis.

Act. 2 Bene impleuit dominus promissionē apostolis factā, quādo dixerat eis, aliū se missurū paracletū, quādo misit eis spiritū sanctum, qui eos tā copiose docuit, consolatus est, & roborauit.

2. cor. 1. 4·7 Fœlix Paulus in hac vita, qui dicebat secure. 2 Cor. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra.

Act. 10 Ecclesia habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & consolatione Spiritus sancti replebatur.

Act. 12 Petro in carcere Herodis vincto, misit dominus angelum suum, qui de manu Herodis & Iudæorum liberauit eum.

Act. 16 Paulo & Sila laudantibus deum in carcere, subito terrę motus factus est magnus et aperta sunt ostia, & omnium vincula sunt soluta.

Act. 18 Dixit dominus per visionem nocte Paulo cū prædicaret Corinthi, Noli timere, sed loquere & ne taceas, propter quod ego sum tecum.

Act. 23 Cum esset Paulus in custodia Claudij Tribuni detentus, nocte assistens ei dominus ait. Constans esto Paule, sicut enim testificatus es Deū in Act. 23 Hierusalem, ita oportet te & Romę testificari.

Act. 27 Cōfortare volens eos Paulus qui secū in naui erant, ait. Astitit mihi hac nocte angelus dei dicēs Ne timeas Paule, Cęsari oportet te assistere, & ec

çe do

te donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum.

Cum beatus Ioannes Apostolus esset in Pathmos, insulam relegatus, diuina reuelatione fuit multipliciter consolatus. Apo.1

CAPVT QVINTVM.

De Benedictione quam Deus dat homini.

CReauit Dominus hominē ad imaginē & similitudinē suā, masculum & fœminā creauit illos, benedixitq; eis, & ait. Crescite & multiplicamini & replete terram. Gen.1

Benedixit dominus Noë, & filijs, & dixit ad illos, Crescite &c. terror vester &c. sit super cūcta animalia &c. Gen.9

Dixit dominus ad Abraham, Egredere de terra tua, benedicam tibi & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Gen.12

Super Hismael exaudiui te, dixit dominus ad Abraham. Et ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde. Gen.17

Dominus benedixit Isaac & locupletatus est & ibat proficiens. Gen.26

Loquens Iacob domino & auunculo suo Laban ait. Modicum habuisti antequam venirē ad te, & nunc diues es effectus benedixitq; tibi dominus ad introitum meum. Gen.30

Iacob in oratione luctans cum Angelo ait. Nō dimittam te, nisi benedixeris mihi, sequitur. Et benedixit ei in eodem loco. Gen.32

Benedixit dominus domui Ægypti propter Ioseph, & multiplicauit tā in ædibus q̄ in agris, cunctam substantiam eius. Gen.39

Habitauit arca domini, in domo Obededom Gethæi tribus mensibus, & benedixit dominus Obededom & omnem domum eius. 2.Re.6

Operibus manuum eius benedixisti, & pos- Iob.1.

ſeſſio eius creuit in terra.

Iob.42 Dominus benedixit Iob, in nouiſſimis magis quàm in principio.

Luc.24 Aſcenſurus in cœlum Saluator, eduxit diſcipu- los ſuos in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis benedixit eis.

Deſideranda eſt illa benedictio, quã dabit do- Mat.25 minus electis in die iudicij, quando dicturus eſt, Venite benedicti patris mei.

CAPVT SEXTVM.

De maledictione qua deus maledi- cit homini.

Gen.3 SErpens primo legitur, à deo maledictus fuiſ- ſe, Maledictus eris inter oĩa animãtia & beſti as terrę, ſuper pectus tuũ gradieris &c.

Gen.4 Ad pœnam hominis dictum eſt, Maledi- cta terra in opere tuo.

Thre.2 Lamentans Hieremias excidiũ ciuitatis Hie- ruſalem dixit, repulit dominus altare ſuum, ma- ledixit ſanctificationi ſuæ.

Daniel in oratione ſua dicebat, ſtillauit ſuper nos maledictio. Et nota, quod maledictio ſuper Dan.9 peccatores dicitur ſtillare, ſed ſuper iuſtos bene- dictio inundare, Eccle.39. Benedictio illius, quaſi fluuius inundabit.

Mala.2 Sacerdotibus malis loquens dominus per Ma lachiam prophetam, dixit. Maledicam benedicti- onibus veſtris.

Mat.22 Mar. 11 Ficus habens folia ſine fructu, maledicta fuit à domino, & continuo aruit.

Mat.25 Nimis erit terribilis illa maledictio, contra re- probos proferenda, in die iudicij, Ite maledicti in ignem æternum.

CAPVT VII.

De benedictione qua homo benedicit deum.

Melchiſedec

MElchisedec rex Salem occurrens Abraham reuertenti à cęde, ait. Benedictus dominus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Gen. 14

Obtenta victoria de Sisara, Debora, & Barach cecinerunt dicentes. Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite domino. Iudi. 5

Post victoriam quã dedit deus Dauid de Goliath Philistæo, dicitur fecisse psalmum, Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium. 1. Re. 17

Cũ audisset Hyran verba Salomonis lętatus est valde, & ait. Benedictus deus q dedit Dauid filiũ sapientissimũ super populum hunc. 3. Re. 5.

Ædificato templo dixit Salomon coram vniuerso populo. Benedictus deus Israel, qui loquutus est ex ore suo ad Dauid patrem meum. 3. Reg. 8

Fecit Dauid principẽ ad cõfitendum domino, Asaph, & fratres eius, sequitur, Benedictus dominus deus Israel ab æterno vsq; in æternum extremum, & dicat omnis populus, Amen. 1. Par. 16

Dauid rex lætatus est gaudio magno, & benedixit domino coram vniuersa multitudine. Eodem

Videns Esdras animum Artaxerxis bonum erga Iudęos dixit, Benedixit deus patrũ nostrorum, qui dedit in corde regis, vt glorificaret domum domini. 1. Esd. 7

Cõpleto muro ciuitatis Hierusalẽ sub Esdra, & Nehemia, dixerũt Leuitę, Surgite & benedicite deo nostro ab æterno & vsq; in æternum. Nehe. 9

Cũ aperuisset Esdras librũ Legis, stetit oĩs populus, & benedixit Esdras Domino Deo voce magna, & respondit omnis populus, Amen. Nehe. 8

Sara filia Raguelis cum compleret orationem Tob. 3.

dixit. Benedictum est nomen tuum Deus patrũ nostrorum.

Tob.4 Filium suum instruens Tobias dixit inter cætera. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat.

Tob.8 Raguel & vxor eius videntes, quod Tobiã iuniorẽ nõ læserat dæmoniũ, dixerunt. Benedicimus te domine deus Israel quia non contigit nobis, quemadmodum putabamus.

Tob.12 Solicite monuit Tobiam, & filium eius Raphael vt benedicerent deum cœli, & narrarent omnia mirabilia eius.

Tob.16 Recuperato visu & auditis sermonib9 Raphaelis, aperiẽs Tobias os suũ, benedixit dominũ, & dixit. Magnus es domine inæternum &c.

Iudith.13 Osias princeps populi Israël, videns Iudith cum capite Holofernis, dixit. Benedictus dominus, qui creauit cœlum & terram.

Dani.2 Danieli nocte per visionẽ mysteriũ reuelatum est, & benedixit deo cœli, & ait. Sit nomẽ domini benedictũ á sęculo, quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & ætates.

Dani.3 Ananias & socij eius missi in caminum ignis ambulabant in medio flammæ laudantes & benedicentes domino. Et rex Nabuchodonosor postea viso tanto miraculo, ait. Benedictus Deus, Sidrach, Misach &c.

1.Mac.4 Obtẽta de hostibus victoria, & ędificato altari sub Iuda Machabęo, filij Israel adorauerũt, & benedixerũt in cœlo Deũ, qui prosperauit eos.

2.Mac.3 Propter Heliodorum volentem spoliare templum domini, diuina virtute terribiliter flagellatum, Benedixerunt omnes deum, quia magnificabat locum suum &c.

2.Mac.11 Machabęus & qui cũ eo erãt, videntes auxiliũ

à Deo

à Deo sibi missum, Benedixerunt simul miseri‑cordem dominum, & conualuerunt animis.

Nato Ioanne Baptista, apertum est os Zacha‑riæ, & prophetauit dicens. Benedictus Domi‑nus deus Israël. Luc. 1

Cũ inducerent puerũ Iesum parẽtes eius in tẽ‑plũ, Simeon accepit eum in vlnas, & benedixit deũ dicẽs. Nunc dimittis seruũ tuũ domine &c. Luc. 2

Post ascensionem domini erant in templo lau‑dantes & benedicentes deum. Luc. 24

Tribulationes patiens Paulus dicebat, Bene‑dictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. Similiter Petrus, Benedicere deũ, est quasi opus, vel officium paradysi. 2. Cor. 1 1. Pet. 1.

Omnes audiui dicentes. Sedenti in throno & Agno, benedictio & honor & potestas in sęcula sæculorum. Apo. 5

CAPVT OCTAVVM

De benedictione, qua homo homini benedicit.

Melchisedech rex Salem, occurrit Abrahę benedicens & ait. Benedictus Abraham deo excelso &c. Gen. 14

Benedixit Isaac Iacob dicens. Det ti‑bi deus de rore cœli & pinguedine terrę, abundã‑tiam frumenti & vini. Gen. 28

Cum Esau eiulatu magno fleret, Isaac dixit ad eum. In pinguedine terræ & rore cœli desuper erit benedictio tua, viues in gladio, & fratri tuo seruies. Gen. 28

Introduxit Ioseph patrem suũ Iacob ad Pha‑raonem, qui benedicẽs illi, & interrogatus ab eo quot sunt dies annorum vitæ suæ. Gen. 47

Benedixit Iacob filio suo Ioseph, & ait. Deus in cuius cõspectu ambulauerunt patres mei, bene dicat pueris istis, loq̃batur de Manasse & Ephra‑ Gen. 49

ſm, quos pater eorum rogauerat per patrẽ benedici. Poſtmodum etiam benedixit Iacob ſingulis filijs ſuis benedictionibus proprijs.

Num.6 Loquutus eſt dominus ad Moſen, dicens: Sic benedicetis filijs Iſrael. Benedicat tibi dñs & cuſtodiat te, oſtendat tibi dominus faciem ſuam.

Leui.9 Extendens Aaron manum ad populum, benedixit eum.

Num.23 Dixit Balaam filius Beor ad Balach: Ad benedicendum adductus ſum, benedictionem prohibere non valeo.

Deu.24 Nõ pernoctabit apud te pignus pauperis, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi.

Deut.33 Moſes homo Dei benedixit filijs Iſrael ante mortem ſuam, & ait: Dominus de Syna venit, et de Seir ortus eſt nobis.

Ioſue.22 Vocauit Ioſue Rubenitas & Gadditas, & dimidiam tribum Manaſſen. Dixitq; ad eos: Feciſtis omnia quæ vobis præcepit Moſes. Benedixitq; eis, & dimiſit eos.

Iudic.5 In cantico pro victoria habita de Siſara dicitur Benedicta inter mulieres Iahel vxor Aber Cinæi & benedicatur in tabernaculo ſuo.

Ruth.2 Noẽmi vidẽs Ruth nurum ſuam à Booz fuiſſe honoratam, dixit: Benedictus ſit à domino, quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.

Ruth.3 Commendauerat Booz Ruth, quę ad Deum Iſrael confugerat, & ait: Benedicta es à Domino filia, quia priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti.

1.Re.2. Heli benedixit Elcanæ & vxori eius, dixitque ei: Reddat tibi dominus ſemẽ de muliere hac pro fœnore quod commodaſti domino.

Nun-

Nuntiauerunt Ziphæi Sauli, quod Dauid latitaret apud eos. Dixitq; Saul: Benedicti vos à domino, quia doluistis luctum meum. 1.Re.23

Nuntiatum est Dauid quod viri Iabes Galaad sepelissent Saul, dixitq; ad eos: Benedicti vos à domino, qui fecistis hanc misericordiam cum domino vestro Saul & sepelistis. 2.Re.2

Conuertit rex Salomon faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis autem ecclesia Israel stabat. 3.Re.8

Quum complesset Dauid, offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine domini, & dimisit vniuersis per singulos à viro vsque ad mulierem tortam panis. 1.Par.16

Apprehendens Raguel dextram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, Isaac, Iacob, vobiscum sit, & ipse coniungat vos impleatque benedictionem suam in vobis. Osculatus est Tobiam, & plorans super collum eius, dixit: Benedictio tibi sit fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Tob.7

Gabelus ingressus domum, inuenit Tobiam & fleuit, dicens: Benedicat te domus Israel, quia filius es viri optimi & iusti, timentis Deum. Tob.9

Ozias, princeps populi Israel, dixit ad Iudith: Benedicta es tu filia à domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. Et postea vniuersi presbyteri omnes vna voce dicētes: Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel &c. Iudith.13 Iudith.15

Factum est quum audiret salutationem Mariæ Elizabet, exclamauit & dixit: Benedicta tu inter mulieres &c. Luc.1.

CAPVT NONVM.

De maledictione, qua homo homini maledicit.

Primus

Gen.9 PRimus inter hoies Noë legitur maledixisse Chanaan nepoti suo, pro eo, q̄ Cham pater eius nuditatē ipsius Noë cęteris fratribus nūtiauit, cū magis eam tegere debuisset.

Gen.27 Inter verba benedictionis, q̄ dedit Isaac Iacob filio suo, Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.

Gen.49 De Simeon & Leui dixit Iacob patri eorum, Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.

Num.22 Balach misit nuntios ad Balaam, vt veniret et malediceret populo Israël, audierat enim, quod maledictus erat in quē maledictio deuenisset.

Leui.20 Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.

Deut.27 Multas maledictiones ponit Moyses in eos, q transgrederentur tradita illis diuina mandata.

Iosue.6 Diruta ciuitate Hiericho imprecatus est Iosue dicens. Maledictus vir coram domino, qui suscitauit & ædificauit Hiericho.

Iudic.9 Sichemitæ inter epulas & pocula maledicebant Abimelech.

1.Re.17 Goliath Philistęus maledixit Dauid in dijs suis

1.Re.14 Saul volēs persequi Philistęos adiurauit populū dicens. Maledictus vir qui comederit panem, vsq; ad vesperā, donec vlciscar de inimicis.

2.Re.16 Semei procedebat egrediens & maledicebat mittebatq; lapides cōtra Dauid, & dicebat, Egredere vir sanguinum, & vir Belial.

4.Re.2 Elisęus maledixit pueris illudentibus ei, & dicentibus. Ascende calue, ascende, Et lacerati sunt quadraginta duo pueri, à duobus vrsis.

2.Mac.10 Cum Iudas Machabęus obsideret quoddam prędium, illi qui intus erant, supra modū maledicebant, & sermones nephandos iactabant.

Ioan.9. Pharisæi maledixerunt cæco nato, per Dominum

num Iesum, illuminato, & dixerunt. Tu discipulus illius sis.

Arguebant Iudęi Paulũ, dicentes. Summo sacerdoti Dei maledicis? Sed ille excusauit se & dixit, nesciebam fratres quod princeps esset.

CAPVT DECIMVM.

De seueritate dei erga delinquentes.

GRauiter puniuit Deus peccatum primorũ parẽtum, quod ipsi credebant veniale, nec ita dure puniendum fore. Gen. 4

Originali mũdo Deus nõ pepercit, sed ipsum pene totum diluuij inundatione deleuit. Gen. 7

Quinque ciuitates propter peccatum Sodomiticum fætente ignis conflagratione consumptæ sunt per angelos à Deo missos. Gen. 19

Ægyptij persequentes filios Israël, submersi sunt iubente Deo quasi plumbum in aquis vehementibus. Exo. 14. 15

Quia populus Amalech voluit impedire filios Israël eũtes in terrã ꝓmissionis, dixit dñs ad Moysen, delebo memoriã Amalech de sub cœlo. Exo. 17

Propter vitulum quem adorauerunt populi, ceciderunt vna die. 23000. hominum. Exo. 32

Egressus est ignis à Domino & deuorauit Nadab & Abihu filios Aaron, quia arreptis thuribulis ignem alienum & incensum desuper posuerunt, & coram Domino obtulerunt. Leui. 10

Iussit dominus puerum blasphęmum extra castra educi & ab vniuerso populo lapidari. Leui. 24

Carnibus quas miserat dominus vidẽtibus filijs Israël, adhuc existentibus in dẽtibus eorũ, percussit dominus populũ plaga magna nimis. Num. 11

Percussit dominus Mariã lepra, quia loquuta est contra Moysen. Num. 12

De sexcentis millibus virorum, qui numerati Num. 14

sunt

sunt, nullus intrauit terram promissionis propter eorum peccata, præter Caleb & Iosue, sicut minatus est dominus.

Num.15 Ligna colligens in sabbato, fuit præcepto domini lapidatus.

Num.16 Terribili morte occidit dominus Chore, & complices eius.

Num.20 Hæsitantem ad aquas contradictionis Mosen, dominus dure puniuit, quum tamen vsq; tunc tã sancte & fideliter se gessisset, supple, tã ad Deum quàm ad populum.

Num.21 Misit dominus serpentes ignitos in populum, quia tæduerit eos itineris & laboris, & dixerant: Cur eduxisti nos de Ægypto &c.

Iosue.7 Acham filius Charmi cum tota supellectili sua perijt, quia abstulerat de anathemate Hiericho.

Iudic.20 Pro peccato in vxore Leuitæ commisso, tota tribus Beniamin, exceptis sexcentis hominibus, fuit á domino iubente deleta.

1.Reg.2 Heli peccantes filios corripuit, sed leuiter: propter quod ipse in eis & cũ eis punitus fuit. Quid ergo de illis, qui filios suos nõ corripiunt, sed incitant ad malum verbis & exemplis?

1.Re.13 Quia Saul obtulit holocaustũ contra mandatũ

1.Re.15 Samuelis, reprobatus fuit. Et quia regem Agag, Amalech, & greges ouium reseruauerat.

2.Re.21 Propter peccatũ Saul puniti sunt illi de domo sua, etiam post mortem eius, & propter eos facta est fames in terra.

2.Re.6 Adducente Dauid arcam domini super plaustrum, Oza tenuit eam ne caderet, quia bos lasciuiẽs inclinauerat eam: & percussit eum dominus super temeritate, & mortuus est ibi.

2.Re.24 Septuaginta duo millia hoĩm mortui sunt propter elationẽ Dauid, q̃n fecit populum numerari.

Vir

Vir Dei, qui venit de Iuda, & nuntiauit Hieroboam successionem officiorũ sacerdotum eius, occisus fuit à leone, eo quod cõtra imperium dñi comedit panem in domo cuiusdam prophetæ. 3.Re.13

Quadragintaduo pueri à duobus vrsis lacerati pro eo quod illuserãt Elisęo, dicẽtes: Ascẽde calue 4.Re.2

Si tam grauiter punitum fuit Gihezi peccatũ qui accepit munera à Naaman, satis ei voluntarie data, quid erit de illis, qui accipiunt multa fraudulenter exacta, vel violenter extorta? 4.Re.5

Ozia rex Iuda cepit thuribulum, & more sacerdotum voluit adolere incensum, statimque est orta lepra in fronte. 2.Par.25

Quia Hezechias ostendit thesauros suos nuntijs regis Babylonis, amisit eos, quum tamen illi de terra longinqua venissent, & videbatur quod lætanter recipi debuissent. 4.Re.20

Populum peculiarem & dilectum tradidit dominus in manus Nabuchodonosor, qui totã gentem crudeliter captiuauit, sanctã ciuitatem combussit, & templum destruxit. 4.Re.25.

Pro eo q̃d eleuatæ sunt filiæ Sion &c. erit pro suaui odore fœtor, pulcherrimi quoq; viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Esa.3.

Reges Babylonis filios Israel crudeliter tractauerunt, postea etiam ipsi cũ inclyta ciuitate sua fuerunt destructi, sicut minatur dominus. Esa.14. Hier.51 & .50.

Heliodorus fuit grauiter flagellatus, eo quod viduarum & pupillorum deposita voluit apportare. 2.Mac.3

Antiochus rex fuit tam graui plaga percussus vt de corpore impij vermes scaturirẽt, odore etiam illius ac fœtore exercitus grauaretur. 2.Mac.9

Seruum nequã, qui noluit dimittere conseruo centum denarios, dñs iratus tradidit tortoribus, Mat.18

quoad

quoad vſq; redderet vniuerſum debitum.

Mat.25 Inutilē ſeruū,qui traditū ſibi nō ſtuduit multiplicare talentū,pręcepit dn̄s illo quod habuerat ſpoliari,& in tenebras exteriores eijci.

Act.5. Fraus illa,quā commiſit Ananias, conſcia Saphira vxore ſua,graui fuit vltione punita.

Act.12 Herodes veſtitus veſte regali,ſedet pro tribunali,populus autē acclamabat.Dei voces & non hominis.Confeſtim ergo percuſſit eum angelus eo quod non dediſſet honorem deo,& conſumptus à vermibus expirauit.

CAPVT XI.

De ira & furore dei.

Aug.15.de ciu.dei.ca.25. ATtende ꝙ ſecundū Augu.15.de ciui.Dei, Ira dei,nō perturbatio animi eius eſt, ſed iudiciū,quo irrogatur pœna peccato, cogitatio vero eius & recogitatio mutādarū rerū, eſt immutabilis ratio.Neq; enim,videlicet, ſicut hominē iratū,ita deū facti ſui pœnitet,cuiꝰ eſt de oībus omnino rebus,tā fixa ſentētia,q̄ certa pręſcientia,Sed ſi nō vtatur ſcriptura talibus verbis, non ſe quodāmodo familiarius inſinuat omni generi hominum,quibus vult eſſe conſultum,vt et perterreat ſuperbientes, & excitet negligentes, & exerceat quærentes, & alat intelligentes, ꝙ non faceret,ſi non ſe prius inclinaret & quodāmodo deſcēderet ad iacentes.

Exo.4 Quod Moyſes ducatum populi recipere, iubente domino,multoties recuſauit,Iratus eſt Dominus in Moyſen.

Exo.15 Iratus eſt dn̄s in Ægyptios,qui detinuerūt & afflixerūt populū ſuū,& tandē voluerunt perſequi recedentes.Sequitur,miſiſti iram tuam.

Exo.32 Moyſes orabat dn̄m dicēs. Cur,dn̄e,iraſcitur furor tuus contra populū tuū?videlicet propter

vitulum

vitulum conflatilem, cui obtulerat holocausta.

Fragrauit populus desyderio carnium sedens & flens. sequitur, Iratus est furor domini valde. Num.11

Occasione seditionis Chore & complicũ eius, dixerunt Moses & Aaron ad dominum: Fortissi me Deus spirituum, num vno peccãte contra om nes ira tua desæuiet? Num.16

Murmurauit omnis multitudo filiorum Israel contra dominũ, Mosen & Aaron, dicens: Vos in terfecistis populum dñi. Sequitur: Egressa est ira à domino, & plaga desæuit. Eodem

Fornicatus est populus cũ filiabus Moab. Sequitur: Iratus dñs dixit ad Mosen, Tolle cunctos principes populi, & suspende illos. Num.25

Propter hæsitationẽ ad aquas contradictionis, iratus est dñs contra Mosen, sicut ipse dicit Deuter. 1. Mihi iratus est dñs (.s. Mosi) propter vos di xit mihi: Non ingredieris illuc, scilicet, in terram promissionis. Num.20 Deut.1.

Cauete, dixit Moses, ne forte decipiatẽ cor vestrum, & ne recedatis à dño, seruiatisq; dijs alienis, & adoretis eos, iratusq; dñs claudat cœlum. Deut.11

Filij Israel præuaricati sunt mandatũ & vsurpauerunt de anathemate. Sequitur: Iratusq; contra filios Israel dñs, propter peccatum Achan. Iosue.7

Iratus est dominus contra Ozam & percussit eum, eo quod tetigisset arcam Dei. 1.par.13

Iratus est dominus Salomoni, eo quod auersa esset mens eius à domino. 3.Re.11

Iratus est furor domini contra Israel, & tradidit eos in manu Hazaelis regis Syriæ, & hoc pro pter peccatum Idololatriæ, quia adorabant vitulos, quos fecerat Hieroboam. 4.Re.13

Addidit furor domini irasci contra Israel, com mouitque Dauid in eis dicentem ad Ioab. Vade 2.Re.24

numera Israel & Iudam &c.

4.Re.17 Post Idololatriam & auguria & alia peccata diuersa irritauerunt dominum filij Israel. Iratusq; est dominus vehementer Israëli, & abstulit eos de conspectu suo.

2.Par.19 Propheta Iehu dixit Iosaphat regi Iuda, qui venerat ad prelium cum Achab rege Israel. Impio prebes auxilium, et ijs, qui oderũt dñm, amicitia iungeris, & iccirco iram domini merebaris sed bona opera inuenta sunt in te.

2.Par.24. Ioas rex Iuda, & principes eius seruierunt lucis & sculptilibus, & facta est ira domini contra Iudam, propter peccatum hoc.

2.Para.25 Amasias rex Iuda, diuino fretus auxilio Idumæos superauit in bello, & attulit deos eorũ, & adorauit eos, quãobrẽ iratus est dñs contra eum.

2.Para.32 Hezechias non iuxta beneficia, quę acceperat à domino, retribuit, quia eleuatũ est cor eius, & facta est ira contra eũ & contra Hierusalem.

2.Par.34 Magnus furor domini stillauit super vos, eo quod non custodierunt patres vestri verba dñi, dixit Iosias rex Iuda, auditis verbis quæ scripta erant in libro legis.

Esth.9. Comederunt & saturati sunt, & impinguati, & abundauerunt in delitijs, in bonitate tua magna, prouocauerunt autem te ad iracundiam.

1.Esd.7 Omnia secundum dei legem fiãt deo altissimo ne forte exurgat ira in regno regis & filiorũ. Ita præcepit Artaxerxes gentilis.

Iob.42 Dixit dñs ad Eliphat Themaniten. Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniã non estis loquuti coram me rectum.

Hiere.50 De Babylone dicitur, ecce erit nouissima in gẽtibus & deserta inuia, & arens, ab ira domini nõ habitabitur, sed tota redigetur in solitudinem.

Macha-

Machabæus Iudas congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim dñi in misericordiam versa est. 2. Mac. 8.

In parabola de seruo nequã, qui noluit misereri conseruo suo, dicitur. Iratus dominus eius tradidit eum tortoribus. Mat. 18

Contra illos, qui se excusauerunt ne irent ad cœnam, dicitur. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo &c. Luc. 14

Qui credit in filium dei, habet vitam æternam qui vero incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Ioan. 3.

Multum timenda est ira quæ ostendetur in die iudicij. De qua Apocalypsis. Reges terræ et principes &c. sequitur, dicent mõtibus & petris. Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis in throno, & ab ira Agni. Apo. 11

CAPVT XII.

QVOD DEVS PLVS ATtẽdat ad operãtis intẽtionẽ q̃ ad opus.

CAin obtulit de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de gregibus suis Sequitur, respexit dñs ad Abel, & ad munera eius, Ad Cain vero & ad munera illius non respexit. Gen. 4

Promisso Abrahæ filio de Sara nascituro, risit Abraham, risit & Sara, risus autem Saræ fuit reprehensus à domino, Abrahæ non. Gen. 17. & 18.

Cum facerent mirabilia quędã corã Pharaone Moyses & Aaron, legitur quod fecerint similiter malefici Ægyptiorum, incantationibus suis. Exo. 7

Talia thuribula habuerunt Chore & illi de globo suo, sicut Aaron, et forte de ęque bono vel meliore metallo, verum deus non ęqualiter acceptauit incensionem eorum. Num. 16

1.Re.6. Eleuantes oculos Bethsamitæ, viderũt arcam dñi, & grauati sunt, & obtulerunt dño holocaustum. Quamuis autẽ bonũ opus facere viderẽtur percussit eos dominus graui plaga, eo quod viderunt arcam, quam videre non debebant.

1.Re.19 Saul, quãdo fuit inter prophetas, expoliauit se & prophetare cœpit, sed parum ei profuit.

1.par.13 Oza extendens manũ tenuit arcam ne caderet qui statim percussus à domino, mortuus est.

2.Par.26 Licet offerre incensum dño sit bonum, non tamen competit omni homini. Vnde Ozias rex Iuda percussus est lepra à dño, eo quod ipse voluit incensum thymiamatis adolere.

Reprobat dñs per Esaiam oblationes, quas offerri instituit, & hoc propter offerentium prauitates. Quo mihi multitudinẽ victimarum vestrarum, dicit dominus? Sequitur: Manus enĩ vestræ sanguine plenæ sunt.

Luc.21 Prætulit Dominus oblationem viduæ quę posuit duo æra minuta in Gazophilacium, muneribus diuitum.

Luc.23 Herodes cupiebat videre Iesum, & viso eo gauisus est valde, sed nullum fructũ assequutus est inde, quia curiositas vel vanitas erat in caussa, nõ pietas vel charitas.

CAPVT XIII.

Quod Deus interdum probat homines.

Gen.22 TEntauit Deus Abraham, & dixit ad eum, tolle filium tuum.

Exo.16 Dixit Dñs ad Mosen: Ecce ego pluã vobis panes de cœlo, egrediatur populus & colligat &c. Sequitur: Vt tentem eum, vtrũ ambulet in lege mea, vel non.

Exo.20 Loquente domino cum Mose, cunctus populus audiebat voces & lampades, & sonitum buc

cinę

cinæ, montemq; fumigantem, & perterriti ac pauore percussi, dixerunt Mosi: Loquere tu nobis, &c. Et ait Moses: Nolite timere, vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

Nō deleuit dn̄s penitus gētes oēs de terra promissionis, vt in ipsis experiretur Israel, vtrum custodiret eius mandata. Iudic. 2

Dereliquit Dn̄s Hezechiam vt tentaretur, & nota fierent oīa, quæ erant in corde eius, quando venerant nuntij regis Babylonis ad eum.

Postquā Tobias fuerat excæcatus, dicitur ibi: Hanc autem tentationē, ideo Deus fieri permisit, vt posteris daretur exemplū patientiæ eius. Tob. 2

Dixit Iudith loquēs de filijs Israël, quos illo tēpore Holofernes destruere cogitabat: Memores esse deberent, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur si vere colerent Deum. Iudith. 8

Propter grauissimas tribulationes quas passus est Iob, ipse dicebat de seipso, probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. Iob. 23

Petebat Dauid à domino, dicēs: Proba me domine & tenta me. Domine probasti me, &c. Psal. 138 & 65.

Ambulans dn̄s Iesus sup aquas, iussit Petrum venire ad se. Vidēs autē ventum validū, timuit. Mat. 14

Dixit dn̄s ad Philippū: Vnde ememus panes, vt hi manducēt? Hoc autē dicebat, tentans eum. Ioan. 6

Petrus ait, Ne miremini, dū velut aurū p ignē exploramini, quæ res ad experimentū vestri fit. 1. Pet. 4

CAPVT XIIII.

Quod homo non debet tentare Deum.

ABraham ingrediens Ægyptum, prudenter tacuit Saram esse vxorem suam, ne si hoc dixisset, seipsum & illam discrimini commisisset. Gen. 12 & 20.

Gen.26 Et Isaac similiter: nisi autē sic fecisset, dominū quodāmodo tentasset, vt dicit Augustinus.

Num.14. Multoties tentauerunt dominum filij Israel in deserto.

1.Re.4 Superati in bello filij Israel à Philistęis dixerūt quare percussit nos deus coram Philistijm, & duxerunt secum arcam domini ad prętium, quæ capta fuit, & illi magna plaga percussi.

1.Re.22 Sciebat Dauid se esse vnctum in regē, et quod deberet regnare post Saul, iuxta id quod promiserat Samuel, non tamen committebat se discrimini, sed faciebat ad sui custodiā quod poterat.

Tob.3. Cum magnus piscis inuasisset Tobiā, non expectauit quod angelus eum liberaret, qui tamen velociter hoc facere potuisset, sed apprehēdit brāciam eius, & traxit eum in siccum.

Iudith.8 Ozias statuit cum populo, vt transactis quinque diebus, nisi veniret adiutoriū traderēt se Holoferni. Dixit autem Iudith presbyteris ciuitatis Et qui estis vos qui tentatis dn̄m, non est iste sermo, qui misericordiam prouocet.

Mat.4 Luc.4 Tentatus dn̄s à diabolo, vt ipse se de pinnaculo tēpli pręcipitaret, respondit. Non tentabis dominum deum tuum, poterat enim aliter descendere.

Mat.22 Pharisæi volentes capere Iesum in sermone, fecerunt ab eo quæri. Vtrū liceret dare tributa Cæsari an non. Cognita Iesus nequitia, ait, quid me tentatis Hypocritæ &c.

Luc.11 Cum eiecisset dæmoniū dominus, & loqueretur mutus, quidam tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo.

Act.5. Dure increpando dixit Petrus Saphiræ vxori Ananiæ, quid conspirastis inter vos vt tentaretis spiritum domini?

Dere,

De re, qua Paulus potuit per humanam industriam facere, nolebat miracula expectare. Vnde apud Damascum cum insidiarentur ei Iudæi, fecit se per murum in sporta dimitti. Act.9

Item cum astrictū loris vellet tribunus eū facere torqueri, dixit se esse ciuē Romanū, rursum dixit se esse Pharisæum, vt poneret dissentionem inter Iudęos, & cum haberet iniquum iudicem, Cęsarem appellauit. Act.22 et.23.25

CAPVT XV.

De voto.

IAcob vadens ad domum Laban auunculi sui post ostensam sibi à domino visionē, vouit votum dicens. Si fuerit dominus mecum. Gen.27.

Rex Arad pugnauit contra Israel, & victor existens tulit ex eo prædā, At Israel voto se obligauit dño, & postea vicit eum. Num.21

Pugnaturus Iepte, contra filios Amon, votū vouit domino dicēs. Si tradideris filios Amon in manus meas. Iudic.9

Orauit Anna dñm flens largiter & votū vouit, dicens. Domine exercituum, si dederis mihi sexum virilem, dabo eum domino. 1.Reg.1

Absalon volens rebellare patri suo Dauid, dixit ad Dauid. Vadam & reddam vota mea, quæ voui domino in Hebron. Vouens vouit seruus tuus cum esset in Gessur Syriæ, dicens. Si reduxerit me dominus in Hierusalem, sacrificabo domino. 2.Re.15

Asa rex Iuda, ea quę vouerat pater suus obtulit in domum dñi, argentum, aurum, vasorumq; diuersam supellectilem. 2.par.15

Lętatus est populus, cum vota spōte promitteret, quia corde toto offerebant ea domino, sed & Dauid rex lætatus est. 1.par.29

1.par.31 Filij Israël & Iuda obtulerunt decimas, quas vouerant Domino.

1.Esd.7 Rex Artaxerxes præcepit Esdræ & populo, vt ferrẽt munera dño Deo Israël, q̃ vouerãt, &c.

Iudith.16 Omnis populus post victoriam venit in Hierusalẽ adorare dñm, & obtulerunt oẽs holocausta, vota, & promissiones suas.

Ionę.1. Viri qui erant in naui vbi fuit Ionas propheta timuerunt timore magno, & immolauerunt hostias Domino.

2.Mac.3. Heliodorus volens ærarium spoliare, & deposita de templo auferre, fuit virtute diuina grauiter flagellatus. Deinde sanatus per orationem Onię hostia Deo oblata, & votis magnis promissis, repedauit ad regem.

2.Mac.9. Postquã percussus fuit à Deo Antiochus grauissima & insanabili plaga, pollicitus est Iudæis, templo Hierosolymorũ mirabilia se facturum.

Luc.1. Beata virgo Maria virginitatem vouisse videtur, per hoc quod ait: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.

Act.23. Crudele votum & impium fecerunt illi Iudęi qui accedentes ad principes sacerdotũ, dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.

CAPVT XVI.

De oratione.

Gen.18. HVmiliter, & discrete, constanter, & pie orauit Abraham Dominum, vt parceret Sodomitis.

Gen.25 Pro rebus, quas etiam Dominus prædestinauit facere, interdum debemus Deum orare. Vnde Isaac deprecatus est dominum pro vxore sua sterili, quam perituram fore disposuerat Dominus.

Pensan-

Pensandum valde est, q̃ gratus, q̃ humilis, etiã importunus, in oratione fuit Iacob, dicẽs, Domine minor sum cũctis miserationibus tuis. Postea quomodo ipse se ab vxoribus & tota familia sequestrauit & solus de nocte remansit ibidem. Gen.32

Orauit multoties dominum Moyses, vt amoueret plagas de Ægypto, & exaudiebatur, licet illi mali essent. Exo.7.8.9.10

Oratio mentalis clamat in aures dei sicut apparet, quando dixit Moysi, nihil loquenti, quid clamas ad me? Exo.14

In bello q̃d habuerũt filij Israel contra Amalech, plus fecit Moyses orãdo, q̃ Iosue pugnando Exo.17

Post adorationem vituli, videbatur velle dominus populum delere, sed Moyses per orationis instantiam obtinuit ei veniã, & nota ibi modum orandi. Aut, inquit, dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro vitæ. Exo.32

Per orationem Moysi absorptus est ignis, qui deuorauit castra murmurantium & dolentium pro labore. Num.11

Petijt populus carnes in deserto, & dñs iratus cõcessit eis, per quod liquet. Quod nõ semp̃ exauditio orationis signũ est diuinę dilectionis. Eodem.

Curata est Maria à lepra p̃ orationẽ Moysi. Num.12

Afflictus populus ab ignitis serpentibus dixit ad Moysen. Ora pro nobis, orauit Moyses pro populo. Num.21

Cũ esset Anna amaro animo orauit dominũ flens largiter & votum vouit, loquebatur aũt in corde suo, & vox penitus non audiebatur. 1.Re.1.

Pugnaturi filij Israel cõtra Philistęos, dixerũt Samueli. Necesse est pro nobis clamare ad dominum, vt saluet nos de manu Philistinorum. 1.Re.7

Nõ placuit dño, quod filij Israel petierunt sup̃ 1.Reg.8

ſe regẽ, & tamen dominus dixit Samueli. Audi vocẽ populi tui in omnibus quę loquuntur tibi.

1.Re.12 Dixit Samuel ad populũ Abſit à me hoc peccatum vt ceſſem orare pro vobis.

2.Re.7 Dauid dixit ſe inueniſſe cor ſuum, vt oraret dominum.

2.Re.12 Deprecatus eſt dominum Dauid pro paruulo & ieiunauit, & ingreſſus ſeorſum, iacuit ſuper terram. Bonus fuit modus orandi, ſed tunc Dauid non fuit dignus exaudiri.

3.Re.18 Orans Helias pro pluuia dixit puero ſuo, vt proſpiceret contra mare, Vnde ſperabat nubem conſurgere pluuioſam, ſed vſq; ad ſeptem vices nihil penitus apparebat, in quo orationis diuturnitas & inſtantia commendantur.

2.Par.20 Ioſaphat rex Iuda timore perterritus, totũ ſe cõtulit ad rogandũ dominũ, audierat enim quod maxima multitudo gentiũ venerat contra eum.

4.Re.19 Bono vſus eſt conſilio Hezechias auditis nũtijs regis Aſſyriorũ, quãdo miſit ad Eſaiã prophetã dicens. Fac orationẽ pro reliquijs quę repertæ ſunt, & ipſemet adorandũ dominum ſe cõuertit. Et nota ibi q̃ fideliter, q̃; prudenter orauit.

4.Re.20 Cõuertit Hezechias faciem ſuã ad orandum ad parietẽ, vt attentius orare poſſet, & orauit dominum, dicens. Obſecro domine, memẽto quęſo &c. Fleuit itaq; Hezechias fletu magno.

2.Par.33 Miro modo fuit humilis, deuota, efficaxque oratio Manaſſæ regis Iuda, ſicut patet intuenti in fine libri.

1. Eſd.8 Ieiunauimus, & orauimus dominũ pro recto itinere & ſecuro, & euenit nobis proſpere. Nehe.1 &.2 Dũ daret regi bibere, orat deũ cœli. Cũ debuit ad interrogata reſpõdere, orauerat valde humiliter.

Tob.3 Tobias auditis duris ſermonibus vxoris, cœpit

pit orare cum lachrymis.

Sara filia Raguelis audita ab ancilla sua grandi contumelia, perrexit superius in cubiculum domus suæ, & tribus diebus in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur dominum, vt ab illo improperio liberaret eam. Eodem

Raphaël angelus monuit Tobiã iuniorẽ, ne dæmoniũ haberet potestatẽ in eum, vt cum accepisset Saram vxorẽ, ingressus cubiculũ, per tres noctes contineret se ab ea, & nihil aliud faceret, nisi quod orationibus vtrique vacarent. Tob. 6

Audientes filij Israël potentiã Holofernis clamauerũt ad dominum, Eliachim vero summus sacerdos cõmemorabat eis, quomodo Moyses cõfidentem in virtute sua Amalec, non ferro pugnãdo, sed precibus sanctis orando deiecit. Iudith. 4

Multum confidebat Iudith in orationibus aliorum, vnde proponens ire ad Holofernem, dixit presbyteris. Orate, vt firmum faciat consiliũ meum deus, Sequitur. Nihil aliud fiat pro me, nisi oratio ad dominum. Iudith. 9

Similiter quando debuit amputare caput Holofernis, orauit cum lachrymis ad lectum. Iudith. 13

Esther loquutura ad regẽ Ahasuerũ, dixit Mardochęo. Cõgrega omnes Iudęos, quos reperies, & orate pro me. Q[uam] vero deuote & humiliter orauerit, postea habetur, ca. 14. De oratione Mardochæi quomodo deprecatus est dominum pro se & pro populo. Esth. 4

Magnæ reputationis apud deum erat oratio Hieremiæ, quando dicebat ei dominus, ca. 11. Noli orare pro populo hoc. Hier. 11

Azarias stans in medio fornacis, orauit sic. Benedictus es domine deus patrũ nostrorum. Dani. 3

Non dimisit Daniel, propter initum Darij re- Dan. 6

gis

gis decretũ, quin oraret ter in die deũ ſuũ, geni-bus flexis, ſicut ante facere conſueuerat. Ecce ꝙ pretioſum & vtile reputabat orare dominum.

Dani. 9 Intelligens Daniel tẽpus captiuitatis eſſe cõ-pletũ, inſtãtius orauit pro populo, in captiuitate detẽto. Et nota, ꝙ humiliter & feruẽter orauerit.

Dan. 13 Videns Suſanna, omne humanum ſibi deeſſe conſilium, recurrit ad orationis ſuffragiũ, & oratio eius fuit exaudita.

Ionæ. 2 Orauit Ionas ad dominum de vtero piſcis, & dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dominum & exaudiuit me.

1. Mac. 3 Congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium, & vt orarent & peterent miſericor-diam & miſerationes.

1. Mac. 4 Iudas Machabęus cõmiſſurus pręlium cõtra Gorgiã, orauit & dixit. Benedictus es ſaluator Iſ-rael. In duobus autẽ pręcipuis bellis non legitur oraſſe. Vno ſcilicet, cõtra regem Antiochum, & tunc nõ vicit, ſed diuertit. Altero contra Bacchi-dem & Alchimũ, & tunc in bello cecidit.

1. Mac. 6 & 9.

1. Mac. 11 Videns Ionathas, quod omnes (exceptis pau-cis) derelinquebant eum pugnantẽ contra alieni-genas, Scidit veſtimenta ſua & orauit, & poſtea victoriam obtinuit.

2. Mac. 3 Iudæi in tribulatione poſiti, quæ ſuperuenit eis, orauerunt dominum. Sacerdotes vero ante altare, cum ſtolis ſacerdotalibus, iactauerunt ſe, & inuocabant de cœlo eum, qui de depoſitis le-gem poſuit, vt ijs qui depoſuerunt, ea ſalua cuſto-diret. Vniuerſæ etiam mulieres, protenſis mani-bus in cœlum, deprecabantur.

Eodem Onias ſummus Põtifex orauit, pro Heliodo-ro, diuina virtute grauiter flagellato, eo quod vo-luerat ſpoliare tẽplũ. Dñs aũt illi vitã donauit.

Iudas

Iudas Machabęus, & qui cũ eo erãt, simul deprecabantur dominũ, vt eriperet eos ab impio Nicanore, &c. Et si nõ propter eos, sed propter testamẽtũ, q̃d erat ad patres eorũ, & ꝓpter inuocationẽ sancti & magnifici nominis eius sup ipsos. 2. Mac. 8

Orabat scelestus Antiochus dominum à quo non esset misericordiam consequuturus. 2. Mac. 9

Nicanor & qui cum eo erant, cum tubis & cãticis admouebant, Iudas vero cum suis, inuocato deo per orationes congressi sunt. Manu quidem pugnantes, sed cordibus dominum orantes, prostrauerũt nõ minus triginta quinqꝫ millia hominum, præsentia dei magnifice delectati. 2. Ma. vlt.

Breuẽ, vtilem, & humilẽ modũ orãdi habuit leprosus ille, qui genu flexo, adorauit dominũ Iesum, dicens. Domine, si vis, potes me mundare. Mat. 8 Luc. 5 Mar. 1

Similem modum orandi, per modum insinuationis, habuit Centurio, cum dixit, Domine, puer meus iacet paralyticus. Mat. 8.

Itẽ Martha & Maria pro Lazaro iã sepulto. Ioan. 11

Etiam de eo, quod Dominus facere proposuit vult per nos ipse quandoqꝫ rogari, Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Statim sequitur, Conuocatis &c. Mat. 9

Dimissa turba, ascendit Dominus in montẽ solus orare. In quo docemur, quod dum orare volumus, turbã debemus fugere, ne turbemur. Mat. 14

Dominus & Saluator noster in Euangelijs nos orare docuit verbo. Sic ergo orabitis, Pater noster &c. Oportet semp orare & nũq̃ deficere. Mat. 6. Luc. 18

Item animauit promissione. Luc. 6. Petite & accipietis. Item, Si quid petieritis patrem in nomine meo, faciam. Ioan. 14

Informauit exemplo. Ipse enim, qui poterat imperare volebat orare. Mat. 14. Mar. 1

Specia-

Luc.9 Mat.25 Luc.22 Specialiter autem, instante persequutione passionis suæ, orauit, & orare monuit. Vigilate & orate, aiebat

Luc.7 Quãdo Maria Magdalena veniã obtinuit à domino dicẽte. Remittũtur tibi peccata. Nihil vocaliter orasse dicitur, sed fleuisse. Vbi apparet efficatia mẽtalis desiderij, etiã sine oratione vocali.

Luc.11 Ad instantiã orationis Dominus nos inducit, exemplo amici ad amicum media nocte euntis.

Luc.18 Et exemplo viduę, quæ ab iniquo iudice, cum importunitate multa, sese vindicari petebat.

Eodem Ad humiliter orandum & iactantiam contemnendam, inducit dominus exemplum, de superbo Pharisæo & humili publicano.

Act.1 Post ascensionẽ domini in cœlũ, reuersi sunt discipuli in Hierusalẽ, & erãt omnes perseuerãtes in oratione vnanimiter, cũ mulieribus & Maria.

Eodem Apostoli volentes vnũ de discipulis eligere in apostolum, loco Iudæ, statuerũt duos Ioseph & Mathiam, & orantes dixerunt. Tu domine, qui nosti omnium corda, ostende quẽ elegeris.

Act.2 Omnes fideles in primitiua Ecclesia, perseuerantes erant in doctrina Apostolorũ, & communicatione, fractione panis, & orationibus.

Act.3 Item Petrus & Ioannes ascenderunt in templum, ad horam orationis nonam.

Act.4 Cum orassent discipuli vnanimiter vna voce, motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei in fiducia.

Act.7 Lapidabãt Stephanũ Iudęi, inuocantẽ & dicentẽ. Domine Iesu, accipe spiritũ meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, dicẽs. Domine ne statuas illis hoc peccatum.

Acto.8 Petrus & Ioannes orauerunt pro illis de Samaria

maria, vt acciperẽt ſpiritũ ſanctũ. Tũc imponebãt manus ſup illos, & accipiebãt ſpiritũ ſanctũ.

Saulus ad terrã proſtratus, & ſalubriter excęcatus, poſtea ſurrexit. Et in Damaſcũ veniẽs, orare cœpit, & fuit tribus diebus nõ manducans. Act. 9

Cornelius Centurio erat vir religioſus & timens deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas & deprecans dominum ſemper. Et per hoc diſpoſuit ſe ad fidẽ. Vnde ſequitur. Orationes tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam, & in conſpectu dei. Act. 10.

Petrus ſeruabatur in carcere Herodis, oratio autem fiebat, ſine intermiſſione ab Eccleſia, ad deum pro eo. Act. 12

Cum dixiſſet ſpiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabam & Paulũ ad opus, ad quod aſſumpſi eos. Sequitur. Tunc ieiunãtes & orantes, eiſq; manus imponentes, dimiſerunt illos. Et ſequitur Fecerunt mirabilem fructum. Act. 13. & ſequent.

Aſcendit Petrus in ſuperiora domus, vt oraret circa horam ſextam, vt. ſ. poſſet orare deuotius à familia, inferius exiſtente, remotus. Act. 10

Cũ iret Paulus ad orationẽ, obuiauit puellæ, quæ ſpiritum phytonem habebat, quem Paulus expulit, præcipiens ei in nomine Ieſu. Act. 16

Recedens Paulus à fratribus de Achaia, poſt paucos ſermones & pia verba, poſitis genibus, cum omnibus illis orauit. Magnus autem fletus factus eſt omnibus. Act. 20

Cum oraſſet in tẽplo Paulus, factus eſt in ſtuporem mentis, vidit dominum Ieſum dicentem. Feſtina & exi velociter de Hieruſalem. Act. 22

Patre Publij febribus & dyſſenteria laborante, cum oraſſet Paulus, & impoſuiſſet ei manus, ſanauit eum. Act. 28

1. Thes. 5 Apostolus Paulus orandum esse, sine intermissione, monebat, hoc ipsumq; sollicitus faciebat.
Rom. 1 Rom. 1. Sine intermissione memoriam facio vestri semper, in orationibus meis.

Rom. 8 Adeo grande & arduum opus est orare, quod ipse Paulus, ad id agendum, dicebat, se sufficientem non esse.

2. Thess. 3 Quod oremus sicut oportet nescimus, propter quod ipse orationes aliorum frequenter & humiliter flagitabat. Fratres orate pro nobis.

Rom. 15 Petebat etiã Paulus orationes fieri pro malis amouendis, & pro bonis obtinendis. De primo Obsecro vos fratres, vt adiuuetis me, in orationibus vestris ad deũ, vt liberet ab infidelibus. Qđ aũt aliorũ se orationibus iuuari crederet, dicit. De
2. Cor. 1 tãtis periculis eripuit nos deus. De secũdo, quod bona obtinere per aliorũ orationes optabat, ait.
Colo. 4 Orantes pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi. Et
2. Thes. 3 alio loco, Fratres orate pro nobis vt sermo dei currat & clarificetur.

Rom. 1 Orabat Paulus pro alijs, vt eos videre & in eis fructificare posset. Memoriã vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans, si quãdo prosperũ iter habeã, in volũtate Dei, veniẽdi ad vos

Et ad Titũ. Sine intermissione habeo tui me-
Titum. 1 moriam, in orationibus meis, nocte ac die, desiderans te videre.

2. Thess. 1 Item pro Thessalonicensibus, vt Deus eos ad viam salutis vocaret. Oramus semper pro vobis vt vos dignos habeat ista vocatione Dominus deus noster.

Phil. 1 Et pro Philippẽsibus, vt ipsi de bono, in melius proficerent. Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet.

Item

Item vt plenitudinē diuinę cognitionis habe- rent. Nō cessamus, pro vobis orātes & postulan- tes, vt impleamini agnitione voluntatis eius. Col.1

Apostolus Iacobus orationē dicit valere pro obtinenda corporali salute. Oratio fidei saluabit infirmum. Item & pro æterna, quæ est salus sim- pliciter vera. Orate pro inuicē, vt saluemini, mul- tum enim valet deprecatio iusti. Iaco.5

CAPVT XVII.

De fletu.

FLeuit Agar, lōge ab Hismaēle discedēs, nec voluit videre puerum morientem. Gen.21

Eiulatu magno fleuit Esau, quod benedi- ctionem patris haberet Iacob. Gen.27

Venit Abraham, vt plangeret Saram vxorem suam defunctam. Gen.23

Eleuata voce, fleuit Iacob, postquam recog- nouerat Rachel consobrinam suam. Gen.29

Stringēs Esau collū Iacob, & osculās eū fleuit Gen.33

Scissis vestibus Iacob, indutus est cilicio lu- gens filium suum multo tempore. Gen.37

Commota fuerunt viscera Ioseph super fratre suo Beniamin, & eruperunt lachrymæ, & intro- iens cubiculum fleuit. Gen.43

Eleuauit vocē Ioseph cū fletu, & dixit fratri- bus suis. Ego sum Ioseph. Idem fleuit super pa- tre suo mortuo. Iterū fleuit fratribus eum rogan- tibus, vt obliuisceretur peccati in eū commissi. Gen.45 49

Vulgus promiscuū, quod ascēderat ex Ægyp- to flagrauit desiderio carnium, sedens & flens, ait Quis dabit nobis carnes ad vescendum? Num.11

Vociferās omnis turba, fleuit, murmurātes et dicentes. Vtinā mortui essemus in Ægypto. Num.14

Omnis multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus. Num.20

Deu.34 Filij Israel Moysen mortuum, fleuerunt triginta diebus.

Iudic.2 Angelus domini venit ad locum flentium, & improperauit filijs Israel beneficia quæ à Deo receperunt, & peccata, quæ commiserunt, & leuauerunt vocem suam & fleuerunt.

Iudic.20 Pugnaturi filij Israel, cõtra filios Beniamin fleuerunt coram domino.

Iudic. 21 Et postmodum, obtenta victoria, fleuerunt propter destructionem fratrum suorum.

Ruth.1 Recedẽte Noëmi, nurus eius flere cœperunt.

1.Re.1 Orauit Hanna dominum, flens largiter.

1.Re.11 Audita obsidione Iabes Galaad, leuauerũt vocem filij Israel, & fleuerunt.

1.Re.15 Lugebat Samuel Saulẽ, quoniã Dominũ pœnitebat, quod constituisset eum in Regem.

1.Re.20 Dauid & Ionathas osculãtes, fleuerũt pariter.

1.Re.24 Saul audiens vocem Dauid, qui pepercerat ei eleuata voce fleuit.

1.Re.30 Videns Dauid ciuitatem Sicelag esse succensam, & abductos homines inde captiuos, planxerunt ipse & populus, qui erat cum eo, donec deficerent in eis lachrymæ.

2.Re.1 Planxit Dauid super Saul & Ionatham, et alios interfectos.

2.Re.3. Dauid & omnis populus fleuerunt super Abner, quem occiderat Ioab.

2.Re.12 Noluit Dauid flere pro filio paruulo mortuo & tamen fleuit pro infirmo.

2.Re.18 Quamuis Absalon exhibuerit se pessimum erga patrem, tamen Dauid fleuit eum miserabiliter mortuum.

4.Re.8 Eliseus videns Azaëlem coram se, cœpit flere, propter mala, quę ille erat facturus filijs Israel, cum ipse esset futurus rex Syriæ.

Fleuit Hezechias fletu magno, orans dominum pro morte, quam sibi imminere in proximo putabat. 4.Re.20

Cũ audisset Iosias rex Iuda cõminationes scriptas in libro Legis Domini, propter peccata, scidit vestimẽta sua & fleuit, & multũ Deo placuit 4.Re.22

Cum reædificabatur templum ab ĳs, qui redierunt de Babylone, non poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. 1.Esd.3

Orante Esdra & flente, propter commixtionem populi Gentilis cum Iudæis, collectus est ad eum cœtus grandis virorum & mulierum & fleuit populus multo fletu. 1.Esd.9

Cũ audisset Nehemias miserabilem statum ciuitatis Hierusalem, fleuit diebus multis, & ieiunabat & orabat, ante faciem dei cœli. Nehe.1

Tobias manducauit panem cum luctu & tremore, quia corpus iugulati proximi, in domo habebat, quod nocte sepelire volebat. Tob.2

Postea auditis sermonibus vxoris, ingemuit & cœpit orare cum lachrymis. Tob.3

Sara filia Raguelis, audita ab ancilla graui contumelia, orauit ad dominum cum lachrymis, vt ab illo improperio eam liberaret. Eodem

Cum recessisset à parentibus suis Tobias iunior, cœpit flere mater eius, & dixit. Baculum senectutis nostræ tulisti. Tob 5

Moram faciente Tobia, fleuit mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; dicebat Heu mihi, fili mi, vt quid misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum &c. Tob.10

Raguel cognoscẽs Tobiã iuniorẽ, cũ lachrymis osculatus est eũ, & plorauit super collũ eius. Tob.7

Veniens Gabelus ad domum Raguelis, vi- Tob.9

dens Tobiam iuniorem discumbentem, fleuit & benedixit eum.

Tob.11 Exurgens cæcus Tobias, occurrit filio suo redeunti & suscipiens, osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt flere prę gaudio.

Iudith.5 Cū exposuisset Achior omnia, quę dixerat Holofernes, omnis populus cōmuni lamētatione & fletu, vnanimes preces Domino effuderunt.

Iudith.6 Factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia, p multas horas vna nocte clamauerūt ad dominū, dicētes. Peccauimus cū patribus nostris.

Iudith.13 Stetit Iudith ante lectum Holofernis orans cum lachrymis, Vt deus id quod cogitabat perficere dignaretur.

Esth.4 Cū audisset Mardochęus iniquā sententiā cōtra Iudęos prolatam, scidit vestimenta sua & indutus est sacco, spargēs cinerem capiti suo, & cū eiulatu clamans animi sui amaritudinē ostendebat. In omnibus quoq; prouincijs, ad quas crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudęos, ieiunium, vlulatus & fletus.

Esth.6 Postquam Aman vidit Mardochæum tam magnifice honoratum, festinauit ad domum suam lugens operto capite.

Iob.30. Sanctns Iob fleuit pro miserijs proprijs. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Cuius fletus vehementia apparet per hoc, quod dixerat. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ nostræ caligauerunt.

Eodem Fleuit idē pro miserijs alienis. Flebā super eo quondā qui afflictus erat, & cōpatiebatur anima mea pauperi. Et post. Mœrens incedebam &c.

Psal.50 Rex & pphetaDauid habebat de lachrymis suis lauacrū. Lauabo, p singulas noctes lectum meū, & de lachrymis meis stratū meum rigaui.

Fuerunt

Fuerũt ei alimentũ & potus. Fuerũt mihi lachrymę, panes die ac nocte. Potũ nobis dabis in lachrymis, in mẽsura. Et alibi. Poculum meũ cũ fletu miſcebam, Vnde verſus vulgatus habet. Huic lachrymę, lauacrũ panis, potuſq; fuerunt. Pſal.41 Pſal.101

Plorauit etiam Dauid vitam ſuam recolendo Deus vitam meã annuntiaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Pſal.55

Item cœleſtis patriæ recordando. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus. Pſal.136

Item orando dominũ. Exaudi domine deprecationem meã, auribus percipe lachrymas meas. Et alibi. Ploremus corã dño, qui fecit nos. Pſal.94

Videns Eſaias deſtructionẽ populi ſui, dicebat Recedite à me, amare flebo. Nolite incũbere, vt cõſolemini me, ſuper vaſtitate filię populi mei. Eſa.22

Dixit Hieremias. Audite & auribus percipite Nolite eleuari, quia dñs loquutus eſt. Sequitur. Quod ſi hoc nõ audieritis in abſcõdito, plorabit aĩa mea à facie ſuperbię. Plorans plorabit &c. Hier.13

Copioſi fletus in Hieremia ipſo, ſigna erãt multæ lachrymę. Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontem lachrymarum? Hier.9

Item & multi gemitus. Iccirco ego plorans & oculus meus deducens aquam. Sequitur. Multi gemitus mei & cor meum mœrens. Thre.1

Et clamoſi ſingultus, diuiſiones aquarũ deduxit oculus meus, Sequitur. Ne auertas faciẽ meam à gemitu & clamoribus. Thre.3

Et oculorũ defectus, defecerũt prę lachrymis oculi mei & conturbata ſunt viſcera mea. Thre.2

Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Dan.10

Flebant amici Suſannę, cum viderent presby- Dani.13

teros aduerſus eam teſtimonium prolaturos, & ipſa etiam flens inſpexit in cœlum, erat enim cor eius habens fiduciam.

1. Mac. 1 Antiochus fecit in Hieruſalem cædē magnā hominum, & factus eſt planctus magnus in Iſrael, & omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali lugebant.

1. Mac. 2 Planxit Iſrael planctu magno, pro morte Matathiæ.

1. Ma. 9 Fleuerunt omnes de Iſrael Iudam Machabæum, planctu magno dies multos, dicentes. Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat Iſrael.

1. Ma. 12 13. Interfecto Ionatha & duobus filijs eius cum mille viris, quos retinuerat ſibi, à Tryphone, luxit Iſrael luctu magno.

2. Ma. 4 Contriſtatus eſt Antiochus, propter iniquam mortem Oniæ, & flexus ad miſericordiam, lachrymas fudit, & recordatus eſt defuncti ſobrietatem & modeſtiam.

Mat. 2 Occiſis bimatis pueris per Herodem, impletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam prophetam. Vox in Rhama audita eſt, ploratus & vlulatus multus &c.

Mat. 9 Pater, pueri lunatici exclamāscum lachrymis, aiebat. Credo dñe, adiuua incredulitatē meam.

Luc. 7 Ioan. 11 & 20 Maria Magdalena legitur ter fleuiſſe, pro peccatis ſuis ad pedes domini. Secundo pro morte fratris. Tertio, pro paſſione domini.

Ioan. 11 Luc. 19 Heb. 5 Saluator noſter inuenitur tribus vicibꝰ lachrymas fudiſſe, ſuper Lazarum quem ad mortalem vitam reuocabat. Super Hieruſalem ciuitatē, quā propter peccata deſtruendam ſciebat. Et in cruce quando ſeipſum pro mundi peccatis hoſtiam offerebat, Vt ait Paulus, Preces cum lachrymis & clamore valido offerens.

Poſt

Post negationem tertiã, Petrus egressus foras fleuit amare. Sed nota. Quod Lucas præmisit, dicens. Respexit dominus Petrum. Luc. 22

Euntem dominum ad crucẽ, sequebatur multa turba populi, & mulierum, quem plangebant & lachrymabantur eum. Luc. 23.

Paulus apostolus cũ lachrymis dño seruiebat, ait enim, cũ valediceret fratribus. Vos scitis qualiter vobiscũ per omne tẽpus fuerim, seruiẽs domino cum humilitate & multis lachrymis. Act. 20

Item cum lachrymis proximos monebat, & ipsos ad lachrymas prouocabat, per trienniũ, ait, Nocte & die non cessaui cum multis lachrymis, monens vnumquemq; vestrum, Sequitur, Magnus fletus factus est. Eodem

Item cũ lachrymis scribebat epistolas suas ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis, per multas lachrymas. Multi ambulabant, quos sæpe dicebã vobis, nunc autem flens dico. Phili. 2

Et ad Romanos ait. Spiritus postulat pro vobis gemitibus inenarrabilibus, tales autem gemitus, non solent esse sine fletu. Rom, 8

Cũ aduenisset Petrus in Ioppen circunsteterunt eũ omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Act. 9.

CAPVT XVIII.

De iuramento.

DIxit Abimelech Abraham. Deus tecũ est in vniuersis, quæ agis: Iura ergo mihi. Dixitq; Abraham. Ego iurabo. Gen. 22

Iacob & Laban inierunt fœdus, & iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac. Gen. 31

Moyses iurauit, quod habitaret cum Ietro, & acciperet Sephoram filiam eius in vxorem. Exo. 2

Pepigit Ionathas fœdus cum Dauid in Domino 1. Re. 20

mino, & iurauerunt ambo.

1. Re. 25 Audiens Dauid duritiam Nabal, ait. Hoc faciat dominus inimicis Dauid, & addat, si reliquero de omnibus, quæ ad eum pertinent vsq; ad mane etiam mingentem ad parietem.

2. Reg. 19 Flente Dauid pro morte Absalon filij sui, dixit Ioab. Surge & procede, & alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per dominum, quod si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecũ nocte hac.

3. Re. 1 Dauid iurauit Bethsabæ matri Salomonis, ꝙ Salomon regnaret post eum.

3. Reg. 2 Rex Salomõ, audita petitione matris pro Adonia, iurauit per dominum. Hoc faciat mihi deus, & hoc addat, quia contra animam suam loquutus est verbum hoc.

3. Reg. 17 Dixit Helias Thesbytes ad Achab regem Israel. Viuit deus meus Israel, in cuius conspectu sto, si non erit ijs annis ros & pluuia, nisi iuxta os meum.

3. Re. 20 Benadab rex Syriæ indignatus ad responsionem Achab, ait. Hoc faciant mihi dij, & hoc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me.

3. Re. 19 Simile iuramentum fecerat impia Iezabel, ꝙ occideret Heliam prophetam.

4. Re. 2 Dixit Helias ad Eliseum. Sede hic quia dominus misit me vsq; ad Bethel, cum ait Eliseus. Viuit deus, viuit aĩa tua, quia nõ derelinquã te.

Iudith. 1 Nabuchodonosor iurauit per thronum suum, quod defenderet se.

1. Mac. 6 Rex Antiochus filius Antiochi, misit ad Iudeos pacem facere, & iurauit illis, rex & princeps. Sequitur. Et rupit citius iuramentum.

Mar. 6 Herodes Tetrarcha iurauit filiæ Herodiadi.

Quicquid

Quicquid petieris, dabit̃ tibi, licet dimidiũ regni.

Petrus dicentibus sibi, Et tu ex illis es: nam & loquela manifestũ te facit, Cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Mat. 26.

Apostolus Paulus multoties legitur iurasse in epistolis. Sic enim ait: Deus & pater domini nostri Iesu scit, quia non mentior. Et ad Galatas: Ecce coram Deo, quod non mentior, testis est mihi Deus, cui seruio. 2. Cor. 11 Gala. 1.

Item ad Coloss. Testem deum inuoco, in animam meam. Colo. 1

CAPVT XIX.

De sabbati obseruatione.

Obseruatio sabbati originem trahit ex eo, quod dicitur: Benedixit dominus diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauit ab omni opere suo. Gen. 2.

Sexto die filij Israel in deserto colligebãt Manna in duplici quantitate, vt die sabbati vacarent ab omni opere. Exo. 16

Item in præceptis decalogi, solius mandati de obseruatione sabbati, ratio redditur. Quia minus de ratione habere apud carnales hoĩes videbatur. Exo. 20

Præceptũ de obseruatione sabbati frequenter in lege reperitur, vt homo id diligenter obseruet & vt veram requiem adipisci laboret.

Die sabbati offerebantur duo agni, diebus alijs vnus tantum, nisi in solennitatibus & calendis, Ad designandum quod in festis abundantius Deum laudare debemus. Num. 28

Homo deprehensus colligere ligna in sabbato fuit præcepto Dñi à toto populo lapidatus. Num. 15

Videns Nehemias hoĩes torcularia calcantes, & onera portãtes venalia in sabbatis, obiurgauit eos, tanquam diem sabbati prophanantes. 2. Esd. 13

1. Mac. 2. Gentiles ex parte Antiochi, constituerunt prælia in diebus Sabbatorum, aduersus quosdã, qui fugerant de Iudæa. At illi non miserunt lapidem, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes. Moriamur omnes in simplicitate nostra. De quibus est aduertendum. Quod licet in hoc erga mandatum domini deuotionem ostenderint, tamen attendẽtes postea, quod in hoc populus domini dispergi poterat, cogitauerunt saniori consilio, dicentes. Omnis homo quicunq; venerit ad nos in die belli Sabbatorum, pugnemus aduersus eum: Non enim dicitur opus seruile, pugnare pro tuenda vita, vel pro lege dei.

2. Mac. 8 Machabæus Iudas & socij sui, pugnantes cõtra Nicanorem & exercitum suum, interfecerunt 9000. hominum, cæteros autem fugere cõpulerũt sed non perseuerauerunt insequentes, eo qđ erat ante sabbatum.

2. Mac. 15 Nicanor cogitauit cum omni impetu, die sabbati bellum committere: sed Iudæi qui eum per necessitatem sequebantur, dixerunt ei. Ne ita ferociter ac barbare feceris, sed honorẽ tribue diei sanctificationis.

Mat. 12 Discipulis domini, vellentibus spicas & manducantibus, dixerunt Pharisæi. Ecce faciunt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quod fecit Dauid, Sequitur. Dominus est filius hominis, etiam sabbati.

Saluator noster legitur, in sabbatis multa fecisse miracula, vt patet per omnia Euangelia. Cuius ratio triplex assignari potest. Vna, vt se dominum ostenderet, vt supra Mat. 12. Secunda, vt veram intelligentiam præcepti daret: quia non ab omni opere cessandum. Mat. 12. Lucæ. 6. An licet sabbato benefacere an male? animam saluam face

re, an

re,an perdere? Tertia,vt plures homines,audien tes eum & videntes,ædificaret,vt Luc.13

Mulieres sanctæ,quę parauerant aromata, ad vngendum corpus dominicũ,ita districte seruabant Sabbatũ,vt tali die noluerint tam sanctum corpus inungere. Vnde Sabbato quidem siluerũt secundum pręceptum. Luc.24

Sabbato requieuit dominus in sepulchro. Ioan.19

Dies sabbati,erat apta specialiter & conueniens,ad audiendũ verbũ & legem dei voces prophetarum,quę per omne Sabbatum leguntur. Act.13. &.16.

CAPVT XX.

De reuerentia templo exhibenda.

LOquutus est dominus ad Moysen dicens. Facies labium æneum ad lauandum, et missa aqua,lauabunt in eo Aaron & filij eius, manus suas ac pedes,quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij. Exo.30

Non licebat, nisi paucis, intrare tabernaculũ nec vasa ipsius tangere. Num.4.

Diligentior & feruẽtior fuit Salomon,in ædificatione tẽpli dei,q̃ in ædificatione domus proprię. Nam domũ dei cõpleuit septẽ annis,domũ vero propriã.13.annis.Pręterea citius cœpit ædificare templum,q̃ domum suam. 3.Re.6.

Magnam fecit Salomon solennitatem,in ædificatione templi. 3.Re.8

Præcepit Ioiada Pontifex,vt Athalia educeretur extra templum, & nõ occideretur in templo domini. 4.Reg.11

Magnã curã videbatur dominus habere de tẽplo,quando pręcepit Cyro regi Persarũ. Vt ædificaret ei domum in Hierusalem. Et intelligitur de templo materiali,sicut patet in textu. Et hoc per Esaiam,per.200.annos. 1.Esd.1 Esa.45. 1.Esd.3.

Reuersi

Reuersi de Babylonica captiuitate Iudæi prius cœperunt ædificare templum, quàm muros ciuitatis, licet multos haberent iniquos, de quibus die ac nocte timebant.

Cōmendatur Tobias, quia ibat in Hierusalem ad templum domini, & ibi orabat dominum.

1. Mac. 4 Obtenta victoria de inimicis, qui cōtaminauerunt templū, dixit Iudas & fratres eius, antequā de domibus proprijs aliquam facerent mentionē Ecce cōtriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta, & renouare.

1. Mac. 10 Rex Demetrius statuit, quod quicunq; confugerit in templum quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio, dimittantur.

2. Mac. 15 Euntibus Iudæis ad bellum contra Nicanoris exercitum, erat pro vxoribus & filijs, item pro fratribus & cognatis minor solicitudo, maximus vero & primus pro sanctitate timor, erat templi.

Luc. 2 Quadragesimo die voluit dominus in templū deferri & offerri.

Eodem Item duodecim annorum factus, disputans in templo fuit inuentus.

Mat. 21 Ioan. 2. Postea de templo vendentes & ementes pluries eiecit.

Luc. 19 Mat. 21. Idem in templo frequenter docuit, & miracula quædam fecit.

Luc. 20 Arguit dominus phariseos, qui dicebant aurū templi sanctius esse templo.

Mat. 22 Act. 3 Recepto sancto spiritu Petrus & Ioānes ascēderunt in templū, ad horam orationis nonam. Et tunc factum est primum sanitatis miraculū, quod factum fuit post ascensionem domini.

Act. 5. Angelus dn̄i per noctē aperiens ianuam carceris & abducēs apostolos, dixit: Ite, & stantes lo

quimi

quimini in templo plebi, oĩa verba vitæ huius.

Commendatur Eunuchus ille Candaces regi næ Æthiopum, quia de Æthiopia venit adorare in Hierusalem. Sed nota, quod etiam sedẽs in curru legebat Esaiam prophetã. Quod est cõtra multos, qui euntes ad loca sancta, nõ legũt vel referũt sacra documenta, sed multiplicant vana verba. Act. 8

Quãuis Iudæi graui odio persequerẽtur Paulũ tamen in templo noluerũt occidere, sed traxerũt eum extra templũ, vt foris occiderent. Act. 21

CAPVT XXI.

De adoratione & cultu Dei.

FActum est, vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorũ Et respexit munera Abel. Gen. 4

Enoch filius Seth cœpit inuocare nomen dñi. Eodem

Ædificauit Noë altare dño, & tollens de cunctis pecoribus mundis & volucribus, obtulit holocaustũ, odoratusq; est dñs odorem suauitatis. Gen. 8.

Apparuit dominus Abraham in terra Chanaan, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare domino, qui apparuit ei. Gen. 12

Quum eleuasset oculos Abraham, apparuerũt ei tres viri stantes prope ipsum, quos quum vidisset, adorauit in terra, & dixit. Dñe si inueni gratiã in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Gen. 18

Paratus fuit Abraham offerre deo vnicum filium suum Isaac in holocaustum. Sed domino aliter prouidente, arietem obtulit. Gen. 22

Apparuit dominus in Bersabeæ Isaac, dicens: Noli timere, quia ego sum tecum. Sequitur, Ædificauit ibi altare domino &c. Gen. 26

Loquutus est dominus Iacob, dicens: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Gen. 25

domino

domino, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum.

Exo.4 Audierunt filij Israel, quod visitasset eos dñs, & quod respexisset afflictionem eorum, & proin adorauerunt.

Exo.12 Postq̃ loquutus est dñs ad Moysen, de religione Phase, & percussione primogenitorũ Ægypti. Sequitur. Incuruatus populus adorauit.

Exo.18 Iethro dixit Moysi. Esto tu populo in his, quę ad deum sunt, vt referas, quę dicũtur ad eũ, ostendasq́ populo cerimonias & ritum colendi &c.

Exo.24 Dixit dominus ad Moysen. Ascende in montem tu & Aaron, Nadab et Abihu & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. Et post pauca sequitur. Obtuleruntq́ victimas pacificas domino, vitulos duodecim.

Exo.25 Præcepit dominus sibi fieri tabernaculũm, cũ varijs vtensilibus, et ministros, ad ministeria ordinari, ad cultum ipsius. Vt patet in multis cap. Exod.

Exo.20 Primum præceptum decalogi est. Non habebis deos alienos: Non facies tibi sculptile: Non adorabis ea, neq́ coles. Et alibi. Dominum deũ tuum adorabis, et illi soli seruies.

Deut.6

Iudic.13 Angelus dñi dixit ad Manue, patrem Sãsonis Si vis holocaustum facere, offer illud domino.

1.Re.11 Elcana pater Samuelis, ascendebat de ciuitate sua, statutis diebus, vt adoraret et sacrificaret domino deo exercituum in Silo.

1.Re.2. Erat peccatum, filiorum Heli, grande nimis coram domino, quod detrahebant homines á sacrificijs domini.

1.Re.7 Cum Samuel offerret domino holocaustum pro populo Philistijm, inierunt prælium contra Israel, Intonuit autem dominus fragore magno,

super

ſuper Philiſtijm, & exterruit eos: & cæſi ſunt à filijs Iſrael.

Rex Dauid, ſolicite dei cultum in cantoribus et ſacerdotibus, ſtuduit ampliare. 1.par.15 vſq;.25

Abijt Salomon, vt immolaret domino in Gabaon, mille hoſtias in holocauſtum obtulit, apparuitq; ei dominus per ſomnium. 1.Re.3

Salomon ædificato templo, ſtetit ante altare domini, in conſpectu eccleſiæ Iſrael, expandens manus ſuas in cœlum, vtrũq; genu in terram fixit, et orauit. 3.Re.8

Reuerſi filij Iſrael, de captiuitate Babylonis, legerũt in volumine legis dei ſui, quater in die & quater in nocte, cõfitebãtur dñm deũ ſuum. Nehe.9

Cũ irent omnes filij Iſrael ad vitulos aureos. Tobias fugiebat conſortia eorum, et pergebat in Hieruſalem ad templũ dñi: et ibi adorabat dominum deum. Tob.1

Cum audiſſet Iob nuntiorum verba, dicentiũ ſibi perditionem rerum ſuarum, ſurrexit, et corruens in terram adorauit et dixit. Nudus egreſſus ſum de vtero &c. Iob.1

Quãuis eſſet prohibitũ, quod nullus aliud peteret ab aliquo deo, vel homine, vſq; ad triginta dies, niſi à ſolo rege Dario. Tamẽ Daniel tribus tẽporibꝰ in die, flectebat genua ſua in cœnaculo ſuo, & adorabat, cõfitebaturq; corã dño deo ſuo Dan.6

Magi intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Ecce miræ humilitatis deuotio. Quid ergo debent facere chriſtiani, dño iam regnanti? Si ſic fecerunt gentiles puero vagienti? Matt.2

Cum deſcendiſſet Ieſus de mõte, leproſus veniens, genu flexo, adorauit eum, dicens. Domine ſi vis, potes me mundare, Mat.8.

Cæcus

Cæcus natus, procidens adorauit eum. Ioan. 9

Mat. 28 Discipuli post resurrectionem, dominum adorauerunt.

Act. 14 Sacerdos & populus de Lystris, vidētes Paulum & Barnabā, deos eos esse credentes, voluerunt sacrificare eis, quod illi prohibuerunt.

Apo. 19 Cecidit Ioannes ante pedes angeli, vt adoraret eum. Respondit ei angelus: Vide ne feceris, conseruus tuus sum &c. Deum adora.

CAPVT XXII.

De Idololatria.

Exo. 32 VIdens populus ꝙ morā faceret descendendi de monte Moses, congregatus oīs populus aduersus Aarō, dixit, Fac nobis deos qui nos præcedant.

Num. 25 Fornicatus est populus filiorū Israel cum filiabus Moab, quę vocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi comederūt & adorauerunt deos eorum.

Iudic. 2. Mortuo Iosue filio Nun, filij Israel fecerūt malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim & Astaroth, ac dimiserunt dominum Deum patrum suorum.

Iudic. 8 Fornicatus est Israel in Ephot, quod fecerat Gedeon. Et factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam.

3. Re. 11 Quum iam esset senex Salomon, deprauatū est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos, nec erat perfectum cor eius.

3. Re. 12 Cogitato consilio, Hieroboam fecit duos vitulos aureos, & dixit, Ecce dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti.

3. Re. 16 Non suffecit Achab regi Israel, vt ambularet in peccatis Hieroboam, sed insuper seruiuit Baal, & adorauit eum.

4. Re. 14 Ædificauerunt viri de Iuda aras, statuas, & lucos, su

eos, super omnem collẽ excelsum, & subtus omnem arborem frondosam.

Achaz rex Iuda, ambulauit in via regũ Iuda & Israel. Insuper & filium suũ consecrauit, trãsferens per ignem. 4. Re. 16

Translatis filijs Israel in Assyrios, collocatæ sunt diuersę gẽtes in ciuitatibus Samariæ, & vnaquęq; fecit deũ suũ. Et cũ dñm colerẽt, dijs quoq; suis seruiebant, iuxta consuetudinem gentium 4. Re. 17

Cõfusus & vituperatus Sẽnacherib rex Assyriorũ, reuersus est in Niniuen, ab impugnatione Hezechiæ regis Iuda. Cũq; oraret in tẽplo Nesrach deũ suum, Adramelech & Sarasar filij eius, percusserunt eum gladio, & fugierunt. Eodem

Manasses rex Iuda, erexit aras Baal, & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam.

Holofernes indignatus contra Achior, qui cõmendauerat potentiam dei Hebræorum, dixit, Quod ostenderet ei, quod non esset deus, nisi Nabuchodonosor. Iudith, 6.

Nabuchodonosor fecit statuam aureã, & pręcepit, vt omnis populus, tribus, & linguę cadentes, adorarent eam. Dan. 3. 6.

Darius rex Persarũ, proposuit edictum, quod nullus intra triginta dies peteret aliquid, à quocũq; deo vel homine, nisi ab ipso Dario rege.

Erat Idolum in Babylone, quod rex quotidie adorabat, quod cum Daniel subuertisset, Babylonij draconem adorauerunt. Dan. 14

Antiochus iussit adorari idola, ædificare aras & templa, & immolari carnes suillas, et relinquere filios suos incircuncisos. 1. Mac. 1

Cum Paulus maneret Athenis, incandescebat spiritus eius in ipso, cum videret simulachrorum cultui deditam ciuitatem. Act. 17

CAPVT XXIII.

De blasphemia contra deum.

Leui.24 Filius mulieris Israëlitidis, præcepto domini lapidatus fuit in deserto: pro eo quod nomē domini blasphemauit.

1.Re.2. Dixit Heli filijs suis. Si peccauerit vir in virū, placari potest ei dominus, si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo?

2.Re.12 Nathan propheta multū exaggerauit peccatū Dauid, ex eo, quod blasphemare fecerat inimicos nomen domini.

3.Re.20 Vir dei dixit ad regem Israel, Quia dixerūt Syri, deus montium, est dominus eorum, & nō est deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua.

3.Re.21 Videtur quod maius peccatum nequiuit excogitare nequissima Iezabel, ad cito lapidandum Nabaoth, quàm blasphemiam, quam illi fecit imponi.

4.Re.19 Multum displicuerunt deo blasphemiæ quas dixerunt serui Sennacherib Regis Assyriorum, vnde percussit angelus domini centū octuaginta milia hominum de exercitu suo.

4.Re.18. Esa.36. Non expedit simplices homines contra blasphemias infideliū disputare, propter hoc prohibuit Hezechias, ne populus imperitus blasphemiæ Rabsacis Assyrij responderet.

Iudith.6. Holofernes indignatus, eo quod Achior potentiam dei cœli cōmēdauerat, dixit ad eū. Quoniam prophetasti quod gens Israel defendatur â deo suo, ostendam tibi quod nō est deus, nisi Nabuchodonosor, quum percusserimus eos omnes quasi hominem vnum.

Hier.44 Cum argueret Hieremias populum, pro eo, quod sacrificabant omnes dijs alienis, responderunt,

runt. Sermonem domini non audiemus, sed sacrificabimus reginæ cœli, sicut fecimus nos & patres nostri, & bene nobis fuit. Quia malum non vidimus.

Nabuchodonosor rex Babylonis, dixit socijs Danielis, qui statuam aureā noluerunt adorare. Quis est deus, qui eripiat vos de manu mea? Dan.3.

Quidā iniqui ex Israel in diebus Antiochi, suaserunt dicentes. Eamus & disponamus testamentum cum gentibus. Quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. 1. Mac.1

Obsidente Iuda Machabæo quoddam præsidium, quidam gentiles intus existētes, verba blasphemię nephanda iactabant, tamen cito postea concremati fuerunt. 2. Mac.10

Dicentibus Iudæis Nicanori. Est dn̄s potēs in cœlo, qui iussit agi septimam diē solennē, ille infœlix ait. Et ego potens sum super terrā, qui impero sumi arma & negotium regis impleri. 2. Mac.15

Cum eiecisset dæmonium dominus cæcū & mutum, stupentibus turbis, Pharisæi blasphemabant, dicentes. Hic non eijcit dęmones, nisi in Beelzebub principe dęmoniorum. Mat.12 Luc.11

Pendente dn̄o in cruce, prętereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua &c. Mat.27.

Contradicebant Iudęi his, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes ac contradicentes. Act.13. &.18

CAPVT XXIIII.

De pręceptis dei, & obseruatione eorum

PRæceptum leue adimplendum dedit dominus primo parenti, dicens. Ex omni ligno paradysi comede, de ligno autem sciētiæ boni & mali ne comedas. Male custodiuit, & grauem pœnam incurrit. Gen.2

Mandata dei licet videanī interdum esse de re Gen.2.

parua, non tamen parua diligentia seruanda sunt. Quia puniuntur grauiter transgressores, vnde dixit Adamo. Quacunque hora comederis de ligno scientię boni & mali, morte morieris.

Gen. 7 Fecit Noë omnia quę mandauerat ei dominus.

Nu. 15 Recepturi filij Israel mãdata dei, iussi sunt sanctificari. Vade ad populum, & sanctifica eos hodie & cras. Vnde pręcepit filijs Israel, vt ponerent vittas hyacinthinas per angulos palliorum

Eodem quatenus continuam haberent memoriam cœlestium mandatorum.

Iosue. 1 Specialẽ monitionem fecit dominus Iosue, de meditatione & obseruatione legis, quando cõstituit eum principem super populum.

Num. 23 Balaam Ariolus, dixit Balach regi. Nonne dixi tibi quodcunque mihi deus imperaret hoc facerem? Ecce quantam reuerentiam habebat homo malus ad imperium dei.

Iosue. 11 Non pretermisit Iosue de vniuersis mandatis domini, ne verbum vnum.

1. Re. 15 Saul signanter electus, propter transgressionẽ diuini mandati, irreuocabiliter est reiectus.

1. par. 22 Rex Dauid instruens Salomonem filium suũ post se regnaturum, dicebat. Tunc proficere poteris, si custodieris mandata, quæ præcepit dominus Moysi.

2. par. 23 Ordinante Ioiada Pontifice, eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, dederuntque in manu eius tenendam legem, & constituerunt eũ regem.

1. Esd. 1. Cyrus rex Persarum gentilis monarcha totius mundi, non verecundabatur dicere. Pręcepit mihi deus cœli & terræ, vt ædificarem ei domũ in Hierusalem.

Hier. 35 Conquerendo dicit dominus, Præualuerunt

sermo

sermones Ionadab, filij Recchab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum, qui obedierũt pręcepto patris sui. Ego autem loquutus sum ad vos, & non obedistis mihi.

Melius iudicauit Susanna incidere in manus hominũ, q̃ derelinquere legem domini: exponẽs periculo vitam & famam. Dan.13

Duę mulieres delatę sunt natos circuncidisse, quas infantibus ad vbera suspẽsis cũ publice per ciuitatẽ perduxissent, per muros pręcipitauerunt 2. Mac.6.

Eleazarus vir ætate prouectus, duros corporis dolores sustinuit, & tãdẽ occisus fuit, quia carnes porcinas noluit mãducare cõtra legẽ, nec etiã simulare se nullatenus manducasse. Eodem

Propter legẽ dei, septẽ fratres cum matre sua grauia tormenta passi sunt sub Antiocho. 2. Mac.7

Parentes Ioannis Baptistæ, erant incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Luc.1

Adolescenti quęrẽti à Saluatore, quid boni faceret vt vitã æternã haberet, responsum est ei à dño, Si vis ad vitã ingredi, serua mandata. Mar.19

Ad obseruandũ pręcepta dñi, inducũt nos alię creaturæ, quę obediũt ei. De bonis angelis non est dubiũ, qui sunt ministri eius facientes voluntatem & verbum illius, vt videre licet. 1. par. 21. 2. Re. vlt.

De angelis vero malis. Præcipiebat spiritui immundo vt exiret ab homine. Luc.8

Item pręcepit soli et non oritur. Pręcepit coruis vt pascerent Heliam, & fecerunt. Iob.9. 3. Re.17

Generaliter dicit Psalmus. Præceptũ posuit, & nõ pręteribit. Ignis, grãdo, nix, glacies, spiritus procellarũ, quę faciunt verbum eius. Psal.148.

CAPVT XXV.

De obedientia & inobedientia.

Gen.2,3. HOminem deus volens ſub obedientia viuere, etiam in ſtatu innocentiæ, ſtatim vt conditus eſt, ipſum præceptis aſtrinxit, & eum contra obedientiam viuentem ſeuere puniuit.

Gen.7 Prompte obediuit Noe dño in omnibus quæ ei facienda pręcepit tēpore inſtantis diluuij.

Gen.17 Pręceptum dei de circunciſione, quamuis eſſet graue & inſolitum, non diſtulit Abraham implere vſq; in craſtinum.

Gen,22 Pręceptum Abraham de immolatione filij, ſine mora exequi voluit. Ecce conſidera mirabilē eius obedientiam.

Gen.37. Prompte obediuit Ioſeph patri ad fratres eū mittenti, quamuis prius eos accuſaſſet, ob quod merito timere debuerat.

Exo.3.4. Obediuit Moyſes dño imponenti ducatū populi. Sed attende cum quanta difficultate, quinquies enim excuſat ſe.

Exo.24 Magnam obedientiam promiſerunt filij Iſrael dicētes. Omnia quę loquutus eſt dñs faciemus & erimus obedientes. Sed poſt, operibus cōtrarium fecerunt.

Num.9 Filij Iſrael per deſertum ambulantes, ad imperium domini erigebant tentoria, & ad imperium eius deponebant.

Num.14 Item filij Iſrael ad terram promiſſionis iuxta mandatum domini timuerunt aſcendere: ſed poſtea domino prohibente aſcēdere conati ſunt, ſed male ſucceſſit eis.

Num.14 &.31. Euntes ad bellū contra mādatū dñi & Moyſi, multi victi à paucis. Cum autem ex obedientia pugnauerunt, pauci vicerunt.

Ioſue.7 Quia tranſgreſſus eſt Achan mandatū Ioſue, populus in pręlio fuit ſuperatus, & ipſe poſtea à

popu-

populo lapidatus.

Saul offerens holocaustum contra mandatum Samuelis, reprobatus est. Similiter quia pepercit Agag regi Amalech, & gregibus ouium, & cæteris rebus pretiosis, et tunc dixit ei Samuel. Melior est obedientia q̃ victimæ. 1. Re. 13 1. Re. 18

Dauid licet per Samuelẽ esset vnctus in regẽ, tñ obediebat patri mittẽti eũ vt portaret victualia fratribus, quibus tunc fuerat prælectus. 1. Re. 17

Prædixit dominus Salomoni, quod si faceret omnia quæ præceperat ei, poneret thronũ regni eius in Hierusalem in sempiternũ: si autem auerteretur & non custodiret eius mandata, auferret Israel de superficie terræ. 3. Re. 9 2. Par. 7

Obediẽtia etiam interdum cõmendatur in ijs, quæ videntur sine ratione mandari. Vnde percussus est à Leone ille, qui noluit percutere quendã de filijs Prophetarum. 3. Re. 20

Vir dei, qui prædixit Hieroboã destructionẽ altaris sui, à Leone occisus fuit, quia contra præceptũ dñi in domo alterius prophetæ comedit. 3. Re. 13

Cũ ad mandatũ Helizei Naaman indignatus abiret, dixerunt ei serui. Pater, etiã si rẽ grãdẽ dixisset tibi Propheta, certe facere debueras. 4. Re. 5

Tobias iunior auditis exhortationibus patris respondit & dixit. Omnia quæcunq; præcepisti mihi, faciam pater. Tob. 5.

Quicquid præcipiebat Mardochæus obseruabat Hester, & ita cuncta faciebat, vt eo tẽpore solita erat, quo eã paruulam nutriebat. Esth. 2.

Cõmendãtur à dño Rechabitæ, pro eo quod noluerunt vinũ bibere, præcepto patris obedientes, dicentis: Non bibetis vinum. Hier. 35

Ionas insipienter refugiebat obedire Domino præcipienti, vt iret ad prædicandũ in Niniue, Ionę. 1. 2. 3.

sed refugiendo deuenit quo dominus miserat.

1,Mac.2. Matathias dixit nũtio regis Antiochi. Etsi omnes obediunt Regi, ego & filij mei obediemus legi patrum nostrorum.

2,Mac.7 Dixit vnus illorũ septem fratrũ. Parati sumus mori magis, q̃ patrias dei leges prẹuaricari.

Luc.2. Descendit puer Iesus cum Maria & Ioseph in Hierusalem, & erat subditus illis.

Mat.4 Luc.5. Cito & perfecte obedierunt illi Apostoli, q̃ à domino vocati, continuo relictis omnibus, sequuti sunt eũ. Similiter & Matthẹus relictis omnibus, sequutus est.

Mat.20 De obedientibus verbo et non facto, seu facto plus, quàm verbo, proponit Dominus exemplũ duorum filiorum, quorum vnus dixit, se iturum in vineam patris, & operaturũ, & non iuit, alius negauit & iuit.

Mat,23 Etiã malis prẹlatis obediendum esse, prẹcepit Dominus. Super cathedrã Moysi sedebunt, omnia quẹcunq; iusserint facere, facite.

Luc,2 Saluator noster, legis dominꝰ, legi voluit obedire, in circuncisione, & oblatione facta in tẽplo, & etiam in esu agni paschalis.

Mat,26. Exemplum obedientiẹ proponit nobis Apostolus, in Saluatore nostro dicens. Factus est obediens vsq; ad mortem. Vbi etiam insinuat obedientiẹ fructum. Sequitur, Propter quod exaltauit deus illum &c.

Phil.2

Act.4. Principes sacerdotum, comminati sunt Petro & Ioanni, ne vltra loquerentur in nomine Iesu. Qui respondit eis: Si iustum est, vos potius audire, quàm dominum, iudicate. Non enim possumus, quẹ vidimus & audiuimus nõ loqui. Deinde cũ arguerentur Apostoli à principibus sacerdotũ, quia nõ seruassent eorũ mãdatũ, respõderũt

Petrus

Petrus & alij Apostoli. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Act. 5

Saulus in terrã prostratus, audiens verba Iesu Nazareni, prõpte ait. Dñe, quid vis me facere? Act. 9.

Cornelius dixit beato Petro. Omnes nos in cõspectu tuo sumus parati audire omnia, quæcunque tibi præcepta sunt à domino. Act. 10

Paulus electo sibi Sila in sociũ, perambulabat Syriã & Ciliciã, cõfirmans ecclesias & præcipiens custodire pręcepta Apostolorũ et seniorum. Act. 15. 16

CAPVT XXVI.

De Sacra Scriptura.

MAgnam reuerentiã habere debemus ad sacrã scripturã, quã ipse Deus voluit scribere, vel tradere specialiter, & docere. Exo. 32

Reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas, scriptas digito dei. Exo. 31

Ipse etiã dñs Iesus dicit, se missum fuisse ad euãgelizandum, & misit discipulos ad hoc ipsum. Mat. 10 Mar. 1 Luc. 4

Si ergo potest dici, quod lex vetus fuit data à deo Moysi, mediantibus angelis, vt ait Apostolus, & beatus Stephanus hocipsum testatur. Accepistis, ait, legẽ dei, in dispositione angelorũ. Reliqua vero pars veteris testamenti, data fuit, inspiratione spiritus sancti, vt Petrus ait. Nõ enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt dei homines. Nouum aũt testamentum cõtinet verba & facta dñi Iesu Christi in Euangelijs: verba Apostolorũ in epistolis, & in Apocalypsi: facta ipsorũ in libro Actuum Apostolorũ. Christus ergo verus deus & homo, partem Euangeliorũ protulit per seipsum, & per spiritũ sanctum, per ipsumque alia verba, quę dixerũt Apostoli & Euangelistę instructi, vt Act. Repleti sunt omnes spiritu Ioan. 5. Gal. 3. Act. 7 1. Pet. 1

ritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis.

Act. 2 Sapientiã omniũ antiquorũ exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit, quasi diceret. Sapientiã quidẽ sapientũ debet sapiẽs exquirere, sed specialiter debet ad Prophetarũ scripturas intendere.

Eccl. 39

Ionathas summus sacerdos, & seniores Iudæorum, licet essent rebus bellicis intenti scripserũt Spartiatis epistolam. Nos enim quando nullo horum indigeremus, habẽtes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.

1. Ma. 12

Mat. 12 Et per scripturam respondens, defendit discipulos suos contra Pharisæos. Non legistis, ait, qd Dauid fecerit quando esurijt?

Mat. 4 Saluator noster, tentatus à diabolo, per scripturam respondit, & ipsum tentatorem scripturę authoritate confudit. Idem scripturam esse cõpletam, in aduentu suo, dixit: Hodie hæc scriptura impleta est in auribus vestris.

Luc. 4

Mat. 5 Magnam authoritatẽ tribuit dominus veteri testamento, quãdo dixit. Donec transeat cœlum & terra, iota vnum, aut apex vnus, nõ prętheribit Et Ioan. 10. Nõ potest solui scriptura. Nõ minoris authoritatis, sed maioris est nouum testamentum, de quo dominus ait: Cœlum & terra transibunt, mea autem verba non transibunt.

Ioan. 10

Luc. 21

Mat. 9. 21 Principes sacerdotum, scribas, Pharisæos iniuste arguentes dominum, ipse multoties per scripturas conuicit.

Mat. 22 ArguitDominus Saducæos de ignorantia scripturarum. Erratis, nescientes scripturas.

Act. 2 Petrus in prima prędicatione sua, post missionẽ spiritus sancti, authoritatẽ Iohelis exponens, tria millia hominum conuertit ad Christum.

Act. 8 Valde cõmendãdus est Eunuchus ille, qui veniens de Æthiopia Hierosolymam, legebat Esaiã

Pro

phetam, in curru existens.

Philippus præcepto domini occasionem assumpsit, prædicandi ei Euãgelium Christi, ex authoritate, quam legentem inuenit, & credentem ilico baptizauit. Eodem

Veniẽs Paulus Berrhęam, intrabat synagogã Iudęorum, quidã aũt susceperunt verbũ cum omni auiditate, quotidie scrutãtes scripturas, an hæc ita se haberent. Et crediderunt multi ex eis, Græcæ mulieres honestæ & viri non pauci. Act. 17

Apollos vir eloquens, potẽs in scripturis, contulit multum his, qui crediderunt per gratiã. Vehementer enim Iudęos reuincebat publice, ostendens per scripturas esse Christum Iesum. Act. 18

Legisperitũ sciscitantẽ, quid agendo acquireret vitã æternam, remittit eũ Dominus ad scripturã. Quomodo legis, in lege quid scriptum est? Luc. 10

CAPVT XXVII.

De exhortatione bona, & prædicatione verbi Dei.

CAin admonitus exteriori voce Dei, ab acceptа iniquitate non destitit. Hinc patet quod exterior exhortatio sine interiori, parum est efficax. Gen. 4

Iustus Loth pie admonebat Sodomitas dicẽs: Nolite quęso fratres mei, nolite malũ hoc facere: Cui illi cõtumaciter respõderunt. Recede illuc. Hinc patet, quod peruersi difficile corriguntur. Gen. 19

Bene successit Iacob, qui acquieuit consiliis matris suæ. Gen. 27

Audiens Ruben iniqua fratrum verba contra Ioseph, dixit. Non interficiamus eum nec effundamus sanguinem eius. Iudas etiam consuluit, quod non occideretur, sed venderetur, & sic saltem minus malum committeretur. Gen. 37

Exo. 2 Soror Moysi bene suasit filię Pharaonis, vt mulier hebręa pro nutriendo paruulo vocaretur.

Exo. 18 Ad vtilitatem populi, & alleuationem Moysi, bene consuluit ei Iethro, vt minores iudices cõstitueret in populo.

1. Re. 25 Bona exhortatione Abigail, cõuersus est Dauid à proposito fundendi sanguinem Nabal.

2. Re. 2 Bonum consilium dedit Abner Azaëli se sequenti, dicens. Noli me sequi, ne compellar te cõfodere in terram. Quod quia ille audire contempsit, ab eodem occisus est.

3. Re. 12 Consilium bonum dederunt seniores Roboã filio Salomonis. Ille vero in malum suum acquieuit consilio iuniorum.

4. Re. 5 Cũ Naaman Syrus ad verbum Elisei abiret indignans, serui sui suaserunt ei, vt Prophetæ facile mandatũ impleret: quorũ monitis acquieuit.

4. Re. 12 2. Par. 25 Quamdiu vixit Ioiada Pontifex, qui bene instruebat Ioas regem Iuda, tamdiu fuit ille bonus quo mortuo, factus est pessimus.

2. Par. 30 Perrexerunt cursores cũ epistolis, ex regis Ezechiæ imperio, & principũ eius in vniuersum Israel & Iudã prędicantes. Filĳ Israel reuertimini ad dñm deũ Abrahã, & Isaac, & Israel, & reuertetur ad reliquias, q̃ effugerunt manus Assyriorũ.

1. Esd. 5 Ædificantibus Iudęis templum, reuersi de Babylone, exhortabantur, & adiuuabãt eos Aggęus & Zacharias Prophetæ.

Neh. 2 Desiderans Nehemias ædificare in Hierusalẽ murum, dixit optimatibus & magistratibus. Surgamus & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono.

Neh. 5. Ad exhortationem Nehemiæ ĳ, qui vsuras accipiebant à populo, & acceptas reddere, & vltra non accipere, consenserunt.

Tobias

Tobias in captiuitate positus, pgebat per omnes q erãt in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Itẽ bene prędicauit filio suo, Cap. 4. & .14 Tob. 1.

Bene cessit Tobiæ, quia Raphaëlis, quem hominem putabat, cõsilijs acquieuit: Specialiter in extractione piscis, & in petendo vxorem, & de matrimonio habendo cum ea. Tob. 6

Parentes Saræ vxoris Tobiæ iunioris, monuerunt eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & se ipsam irreprehensibilem exhibere. Tob. 10

Iudith bonam exhortationem fecit populo, arguens quod indiscrete ordinatum erat, & docẽs quid faciendum esset. Iudit. 8

Efficaciter persuasit Mardochæus Esther, vt cum periculo suo ingrederetur ad regem, precatura pro salute gentis suæ. Esth. 4

Post ostensam Esaiæ mirabilem visionẽ dixit ipse Propheta. Væ mihi, quia tacui. Et postea, quãdo labia sua cũ calculo de altari sumpto, vidisset fuisse mundata, dixit domino quærenti quem mitteret ad populum, Ecce ego, mitte me. Esa. 6

Dixit dominus eidẽ: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocẽ tuam, & annũcia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Esa. 58

Hieremias primo excusauit se à prędicatione, & postea diuinæ voluntati acquieuit. Hier. 1

Abimelech æthiops dixit Sedechiæ regi Iuda Domine mi rex, male fecerunt viri isti tui, omnia quęcunq; pertractauerũt contra Hieremiã prophetam mittentes eum in lacum. Et præcepit ei rex. Leua eum de lacu antequã moriatur. Hier. 38

Factum est verbum domini ad Ionam, dicens Surge & vade in Niniuen, & prædica in ea, prædicatione quam loquar ad te, Ionę. 1. 2

Bonũ

Dan. 4 Bonũ consilium dedit Daniel Nabuchodono for regi Babylonis, dicens. Cõsilium meum tibi placeat, & peccata tua eleemosynis redime.

1. Ma. 11 Moriturus Matathias filios suos efficaciter ad hortatus est ad agendum viriliter, pro lege Dei.

1. Ma. 3 4. 8. Iudas Machabęus pugnaturus, exhortabatur, & etiã animabat populum suũ, in sermonibus bonis. Et specialiter. 15. cap. Vbi dicitur: Quod singulos armauit, nõ clypei, et hastę munitiõe vincere sed sermonibus optimis & exhortationibus.

2. Ma. 7 Cũ primus ꝓseptẽ illorum fratrũ in sartagine torreretur, cęteri vno cũ matre se hortabãtur, mori fortiter, dicẽtes. Dominus aspiciet veritatẽ, & cõsolabatur ĩ nobis. Et specialiter, ipsa mater, mirabiliter & efficaciter exhortabatur filios suos.

Mar, 1 Ioannes Baptista multa exhortans, euangelizabat populo. Luc. 3. De quibus nõnulla tãguntur, capite primo eiusdem. Cuius exhortatio ita efficax erat, vt nõ solum multi baptizarentur, cõfitentes peccata, sed & ipse Herodes audito eo

Mar. 6 multa faciebat, & libenter eum audiebat.

Mat. 10 Misit Dominus discipulos suos dicens. Euntes, prędicate dicentes. Quia appropinquabit regnum cœlorum. Simile habes, Marc. 16

Act. 2 Petrus Apostolus in die Pentecostes, tam efficaciter prędicauit, quod baptizabantur vna die. 3000. hominũ. Et alia vice, similiter ad prędicationem ipsius, quod factus est numerus. 5000.

Act. 13 Ministrãtibus & ieiunãtibus prophetis & doctoribus, qui erant Antiochiæ dixit spiritus sanctus. Segregate mihi Paulum & Barnabã. Sequitur: Ipsi quidẽ missi à Spiritu sancto, prędicabant verbum Dei in synagogis Iudęorum.

Act. 10 In domo Cornelij prædicante Petro, cęcidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum

bum Dei, & iussit eos baptizari.

Reuersi sunt Paulus & Barnabas Lystris, Iconium, & Antiochiã, cõfirmantes animas discipulorũ, exhortantes vt permanerent in fide. Act. 14.

Cũ Paulus vinctus corã Agrippa Rege & Festo præside, caussam diceret, Agrippa dixit ei. In modico suades mihi Christianum fieri. Act. 26

Factum est Iconij, vt Paulus & Barnabas introirent in synagogam Iudæorum & loquerentur, ita vt crederent Iudæorum & Græcorũ copiosa multitudo. Act. 14

Visio per noctem Paulo visa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans, dicens: Profectus in Macedoniã succurre nobis. Sequitur: Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniã, certi facti, quod vocasset nos Dominus ad euangelizandum eis. Act. 16.

Multi Corinthiorũ audientes Paulum prędicantem, prędicationẽ credebant & baptizabantur. Dixit autẽ Dominus nocte Paulo per visionẽ. Noli timere sed loquere, ne taceas, quia ego sum tecum & nemo apponet vt noceat tibi. Act. 18

Apollos vir Iudęus Alexãdrinus genere, erat edoctus viã Domini, feruens Spiritu loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu. Eodem

Apud Ephesum Paulus intrans Synagogam Iudæorum cum fiducia loquebatur, disputans et suadens de regno Dei. Act. 19.

Quadã die cum in crastinũ profecturus sermonẽ protraxisset vsq; ad mediam noctẽ, quidã adolescens oppressus somno cecidit de fenestra, & sublatus est mortuus. Ad quẽ cum descendisset Paulus, & suscitasset eũ, rursus ascendit, & alloquutus est eos vsq; in lucẽ, & sic profectus est. Act. 20

Recessurus Paulus de Asia dixit maioribus Eodem

natu

natu. Per trienniũ non cessaui die ac nocte cũ lachrymis, monens vnumquenq; vestrum.

CAPVT XXVIII.

De Consilijs & persuasionibus malis.

Gen. 3 EVa de ligno vetito dedit viro suo, qui comedit. Præsumendum est, quod ipsa persuaserit viro.

Gen. 39 Domina cui seruiebat Ioseph, male ipsum sollicitabat ad peccatum.

Exo. 32 Moram faciente Moyse cum domino in monte, dixit populus Aaroni. Fac nobis deos alienos, qui nos prçcedant. Quibus suggestionibus populi Aaron stulte acquieuit.

Nu. 24 Balaam docuit Balaac, quomodo per mulieres posset filios Israel ad peccatum trahere, & sic contra se dominum prouocare.

2. Re. 10 Filij Amon male suaserunt regi suo, vt dehonestaret nuncios Dauid.

2. Re. 14 Ionadab nepos Dauid malum consilium dedit Amon, vt deflorarct sororem suam: de quo postea multa mala euenerunt.

2. Re. 16 Detestandũ & turpe cõsilium dedit Achitophel Absalomi, & tamẽ erat cõsilium qđ ille dabat in diebus illis, quasi quis cõsuleret Deum.

3. Re. 11 Auerterunt mulieres cor Salomonis, & ita deprauatum per eas, vt sequeretur deos alienos, & coleret eos.

2. Par. 22 Ochozias rex Iuda, ingressus est per viam domus Achab, quç erat pessima. Mater enim eius Athalia, impulit eum, vt impie ageret.

1. Esd. 4 Ædificantibus templũ Iudçis post reditum de Babylone, hostes eorũ scripserunt Artaxerxi regi, & ipse persuasus ab eis prohibuit opus fieri.

Esth. 5 Amici Aman audientes ipsum cõquerentẽ de Mardochço, qui ei genua nõ flectebat, respõderunt

runt. Iube parari excelſam trabē, & mane dic regi, vt appendatur Mardochęus ſuper eam.

Stultum conſilium, vxor Hiob dedit ei, Sed ille tanquam prudens & ſanctus homo tali conſilio non acquieuit. Hiob.2

Sapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt inſipiens conſilium. Eſa.19

Quia Hieremias prophetauit, capiendam eſſe ciuitatem Hieruſalem à Chaldæis, dixerunt principes populi Sedechiæ regi. Rogamus vt occidatur homo iſte. Qui ſtulte acquieſcens, reſpondit eis. Ecce in manibus veſtris eſt. Non enim fas eſt regem vobis quicquam negare. Hier.38

Ad malam ſuggeſtionē principum & Satrapar ū, Darius rex Perſar ū, cōſtituit decret ū, vt quicunq; peteret quid, à Deo vel homine, niſi ab ipſo rege, mitteretur in lacum Leonum. Dan.6

In diebus Antiochi, exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes. Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus. 1. Ma.1

Tantum ſuaſit Menelaus Andronico, quod ille occidit Oniam ſacerdotem. 2. Ma.4

C ū aduerſus Menelaum iudici ū agitaretur corā Antiocho, Ptolomęus pecunia corruptus per Menelaum, perſuaſit regi, & eum ad ſententiam deduxit, qui Menelaum abſoluit, & multos iuſtos eius accuſatores morte damnauit. Eodem

Iniqu ū cōſilium dedit Herodias filiæ dicens. Nihil aliud petas, niſi caput Ioannis Baptiſtæ. Mat.14 Mar.6

Proconſul Paulus, deſiderabat audire verbum dei, quod Paulus & Barnabas prędicabāt. Reſiſtebat autem illis Elymas magus, quærens auertere proconſulem à fide. Act.13

C ū Paulus & Barnabas eſſent in ciuitate Lyſtris in tāto honore, quod homines illis tanq̄ dijs Act.14

ſacrificare;vellent,quidā Iudęi ſuperuenerūt, & perſuaſis turbis,lapidātesq; Paulū, traxerūt extra ciuitatē exiſtimantes eum eſſe mortuum.

Act.16 Occaſione cuiuſdā puellæ,à qua Paulus ſpiritū Phytonē eiecit,dñi illius dolētes de amiſſo quæſtu,tot & tāta dixerūt magiſtratibus,q̄ fecerunt Paulum & Silam virgis cædi & incarcerari.

CAPVT XXIX.

De Auditione verbi dei.

Exo.4 AAron loquutus fuit omnia verba,quæ dixerat dominus ad Moyſen, Et credidit oīs populus audierūtq; quod viſitaſſet dominus filios Iſraël,& proni adorauerunt. Dixit Moyſes corā domino.Ecce filij Iſraël non me audiunt,& quomodo audiet Pharao?

Exo.24 Cunctus populus dixit Moyſi vna voce.Omnia verba domini,quæ loquutus eſt, faciemus. Et paulopoſt aſſumens Moyſes volumen fœderis legit audiente populo, qui dixerunt. Omnia quæ loquutus es,faciemus.

Iudic.3 Eglon rex Moab ſedebat in æſtiuo cœnaculo, dixit ad eum Ahud. Verbum Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno,quaſi reuerentiam exhibens verbo dei.

1.Reg.3 Bene docuit Samuelem Heli,vt diceret Domino loquenti ſibi,Loquere domine, quia audit ſeruus tuus.

3.Re.22 Achab rex Iſrael nolebat audire Michæā prophetam domini, quia non prophetabat bonum, ſed malum.Vocatus tamen Michęas dixit ei:Audi ſermonem domini.

2.Eſd.8 Eſdras attulit librū legis,& legit in eo apertę de mane vſq; ad mediā diem,& aures omnis populi erant erectæ ad librum. Et ſequitur. Flebat omnis populus cum audiret verba legis.

Reſpō-

Respondens Hiob domino dixit. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Ic circo me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Hiob. 42

Factum est verbum domini ad Hieremiā. Noli subtrahere verbum Dei, si forte audiāt, & auertātur vnusquisq; à via sua mala, & pœniteat me mali quod cogito facere eis, propter malitiam studiorum eorum. Hier. 26

Dixit dn̄s Ezechieli. Vade ad domū Israel, & loqueris verba mea ad eos. Sequitur. Domus Israel noluit audire te, quia nolunt audire me. Eze. 3

Verbū Ionæ peruenit ad regē Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Ionę. 3

Herodes Tetrarcha metuebat Ioannem Baptistam, & custodiebat eum, & audito eo, multa faciebat, & eum libenter audiebat. Mar. 6

Maria soror Marthę, sedens secus pedes dn̄i, audiebat verbum illius, & audiuit tandē dominū dicentem. Maria optimam partem elegit &c. Luc. 10

In fine sermonis in mōte, dixit dn̄s. Omnis q̄ audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suā super petram. Mat. 7

Cū turbæ irruerēt in dominū Iesum, vt audirent verbum dei, sedens docebat de nauicula turbas, Petrus cū socijs, deductis ad terrā nauibus, ijs relictis, ipse cū socijs sequuti sunt dominum. Luc. 6

Extollenti vocē mulieri, & dicēti. Beatus venter qui te portauit. Respōdit Dn̄s. Quinimo: Beati qui audiūt verbum dei, & custodiunt illud. Luc. 11

Instante dominica passione, legitur. Erat docens quotidie in templo: & post pauca. Omnis populus suspensus erat, audiens illum. Luc. 19

Duo discipuli domini Iesu, euntes in castellum Luc. 24

noie Emaus, loquentes ad inuicē de ijs, quæ tem pore dominicę passionis acciderãt, meruerũt habere societatem illius, de quo loquebantur.

Act.2 Facto sermone ad plebē in die Pētecostes post aduentũ spiritus sancti, dicitur. His auditis cōpuncti sunt corde, & dixerũt ad Petrum, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Et baptizati sunt, circiter tria milia hominum.

Act.4 Post sanationem claudi, & sermonem Petri. Sequitur: Multi qui audierant verbum, crediderũt. Et factus est numerus virorum circiter quinq; millia hominum.

Act.6 Cōuocantes duodecim apostoli multitudinē discipulorũ, dixerunt. Nō est æquum nos derelinquere verbũ dei, & ministrare mēsis, Nota tamē quod illę mensę erãt pauperum viduarũ. Per qđ datur intelligi, quod opus prędicationis verbi dei, prefertur operi misericordiæ corporalis.

Act.7 Non poterant resistere Iudæi sapientiæ & spiritui, qui per beatum Stephanum loquebatur.

Act. 8 Philippus descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autē turbæ his, quę à Philippo dicebantur vnanimiter audientes.

Eodem Aperiēs Philippus os suũ, euãgelizauit Eunucho Iesum, & veniētes ad quandã aquã, cōfessus est Eunuchus se credere, & baptizauit eum.

Act.9. De Saulo quem Dominus Iesus excæcauerat corporaliter, & illum illuminauerat spiritualiter. dixit ipse in visu Ananiæ. Vade quoniam vas electionis est mihi ipse, vt portet nomen meum coram gentibus.

Act.10. Noluit dominus instruere Cornelium per angelum, sed mandauit ei vt accersiret Simonē Petrum, & ille doceret eum, & diceret, quid eum facere

cere oporteret.

Loquente Petro, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum illius. Eodem

Audiebāt gentes quod Iudęi repellebant verbum dei, & quod Paulus & Barnabas volebant prędicare eis, & gauisi sunt, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Act.14

Factū est Iconij, vt Paulus & Barnabas ingrederētur synagogā & loquerentur, ita vt crederet Iudęorum & Gręcorū copiosa multitudo. Eodem

Quædam mulier nomine Lydia purpuraria audiuit Paulum loquentem, cuius cor dominus aperuit & baptizata est cum domo sua. Act.16

Cum audissent Athenienses Paulum loquentem de resurrectione mortuorum, quidam irridebant, quidam vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum, quidam vero adhærentes ei crediderunt, in quibus Dyonisius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Act.17

Mãsit Paulus Ephesi per bienniū, quotidie disputās in schola tyranni cuiusdā, ita vt omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum dei. Act.19

Postq̄ rex Agrippa audierat Paulū, dixit ei. In modico suades me Christianum fieri. Act.26

Veniēs Paulus Berrhæā, intrauit synagogā Iudęorum; & quidā susceperunt verbū, cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi crediderunt ex eis. Act.17

CAPVT XXX.

De apparitionibus, factis sanctis patribus.

ANte peccatum, loquutus est Dominus ad Adam, post peccatū, ad Adam & Euam, & ad serpentē. Cain etiā monuit ante fratricidium, & post durè arguit eum. Gen.2.3 &.4

Gen. 9. Noë pręcepit dominus, vt faceret archam, deinde vt ingrederetur in eam. Et post exiccationē terræ, præcepit vt egrederetur de archa. Deindę benedixit dominus Noë & filijs eius, & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini.

Gen. 12 Dixit dominus ad Abraham. Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Eodem Cap. Apparuit dominus Abrahæ, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc.

Gen. 14 & 15 Et postq̄ diuisus est Loth ab eo, postea proximo cap. Factus est sermo domini ad Abrahā per visionem. Deinde apparuit ei Dominus, & dedit ei præceptum circuncisionis.

Gen. 18 Apparuerunt ei tres viri &c. Tunc audiuit certum tempus filij nasciturı.

Gen. 19 Venerant duo angeli, sedente Loth in foribus ciuitatis, q cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis, & adorauit eos.

Gen. 20 Venit dominus ad Abimelech per somnium & ait illi. En morieris propter mulierem quā tulisti, habet enim virum.

Gen. 21 Cum dure accepisset Abrahā verba Saræ, cōquerentis de ancilla & filio eius, dixit ei dominus Non tibi videatur asperum supet puerum.

Eodem Apparuit angelus in deserto Agar ancillæ & filio.

Gen. 22 Tentauit deus Abraham, & dixit ad eū. Tolle filium tuum. &c. Et postq̄ extendisset gladiū, ecce angelus domini. &c.

Gen. 26 Apparuit dominus Isaac in Bersabeæ, dicens. Ego sum deus Abraham patris tui &c.

Gen. 28 & 31 Apparuit Iacob multoties, eūti ad Laban. Gene. 28. & redeūti. Ca. 31. vbi etiā dixit Labā in somnis. Caue ne quicq̄ asperè loquaris cōtra Iacob. Et post loquutus est dominus pluries ad Iacob,

Quoties

Quoties apparuerit Moysi, & loquutus ei fuerit, nimis longum esset dicere, videatur Exod. Capi. 3. & sequentibus. Exo. per totum.

Legitur quoque dominus fuisse loquutus Balaam dormienti, & eidem sedenti super asinã, quæ vidit angelum, quem Balaam non vidit. Num. 22

Pluries etiam loquutus est dominus ad Iosue, sicut apparet Iosue. Cap. 1. 4. 5. 7. &. 13. Iosue. 1

Post mortem Iosue, consuluerunt Filij Israel dominum dicentes. Quis ascendit ante nos? Dixitque dominus. Iudas ascender. Iudic. 1

Ascendit angelus domini ad locum flentiũ, & ait, Eduxi vos de Ægypto. Iudic. 2

Venit angelus domini, & apparuit Gedeoni, & ait: Dominus tecum. Iudic. 6

Apparuit angelus domini vxori Manue, & alia vice, apparuit Manue pariter & vxori eius. Iudic. 13

Filij Israel congregati vt pugnarẽt cõtra Beniamin, cõsuluerunt dominũ, quibus ait, Quod Iudas esset dux exercitus, Licet autẽ bis fuerint debellati, tamẽ dixit eis dominus quod pugnarent. Iudic. 20

Vocauit dominus Samuel quater, tandẽ ait: Loquere domine, quia audit seruus tuus, iuxta cõsiliũ quod dederat ei Heli sacerdos. Sequitur. Addidit dominus vt appareret in Sylo. 1. Re. 3.

Quando Dauid debebat committere prælium frequenter consulebat dominum, qui semper legitur ei respondisse, vt patet in multis locis. 2. Re. 2

Apparuit dominus Salomoni dicens: Postula quod vis. 3. Re. 3

Cum perfecisset Salomon ædificium domus domini, & domus regis, apparuit ei dominus, dixitque ad eum. Audiui orationem tuam. 3. Re. 9

Eidem loquutus est, increpans eum dure propter scelera ab eo commissa. 3. Reg. 11

3.Re.19 Heliç fugienti à facie Iezabel, apparuit angelus domini, qui ei panem & aquam ostendit. Dominus quoq; in sibilo auræ tenuis.

4.Re.6 Eliseo ab exercitu Syrorum circundato, apparuerunt multi angeli, defendentes eum, quos & puer eius vidit, ad similitudinem equorũ & curruum igneorum.

Tob.9 Lõgo tẽpore durauit apparitio Raphaëlis angeli, quẽ dominus misit ad curandum Saram.

Multas mirabiles visiones diuersi prophetę viderunt. Esa.6. Hier.1. De virga vigilãte, & de olla succensa. Itẽ Hier.24. De duobus Calathis ficubus plenis. Prçcipue vero Ezechiel, Daniel, Amos, Zacharias, pleni sunt imaginarijs visionibus, quas exprimere longum esset.

2.Mac.3 Volente Heliodoro spoliare templum, & deposita asportare, apparuit quidam equus, terribilem habens sessorem.

2.Ma.10 Cũ vehemẽs pugna esset inter Timotheũ & Iudã Machahęũ, apparuerũt quinq; viri in equis, frenis aureis decorati, ducatũ Iudęis præstantes, è quibus duo Machabęum medium habentes armis suis circumseptum, incolumen seruabant.

Eodem Eũtes Iudęi ad prçliũ cõtra exercitũ magnum Lysię, Machabęo duce, apparuit prçcedẽs eques in veste cãdida, armis aureis, hastam vibrans:

Mat.1.2 Angelus domini legitur ter apparuisse Ioseph Primo, Cum esset adhuc dominus in matris vtero. Secundo, Cum natus ex vtero. Tertio, Cum esset in Ægypto.

Mat.3 Luc.4. Super dominum baptizatum, spiritus sanctus in columbæ specie visus est, paterna vox audita est. Hic est filius meus dilectus.

Mat.17 Luc.9 Item in transfiguratione, apparuerunt Moyses & Helias cum domino loquentes, & vox

de cœlo

de cœlo facta est.

Resurgente domino Iesu Christo, multa corpora sanctorum, qui dormierunt, resurrexerunt, & exeuntes de monumentis, venerunt ad sanctã ciuitatem, apparueruntq; multis. Mat. 27

Surgens Iesus mane prima sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Mar. vlt.

Post hoc discipulis duobus, euntibus in via. Nouissime recũbentibus vndecim discipulis, apparuit, & exprobrauit eis incredulitatẽ eorum. Luc. 24

Post passionem suam dominus Iesus præbuit seipsum viuum, in multis argumentis, per quadraginta dies apparens eis, & loquens de regno dei. Sequitur in eodem cap. Cumq; intuerentur in cœlum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos. Act. 1.

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et apparuerunt eis dispartitæ linguæ, tanquam ignis. Act. 2.

Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam dei, & ait. Ecce video cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris dei. Act. 7

Angelus dñi astitit, & refulsit lumen in habitaculo carceris, in quo erat dormiens Petrus, vinctus catenis duabus, percussoq; latere Petri excitauit eum, dicens. Surge velociter. Act. 12

Cum appropinquaret Saulus Damasco, vt caperet christianos, subito circũfulsit eũ lux de cœlo, & audiuit dominum Iesum Nazarenum dicẽtem sibi. Saule quid me persequeris? & consequẽter apparuit Ananiæ. Act. 9

Cornelius Centurio vir religiosus & timens deum, vidit manifeste, quasi hora diei nona, angelum dñi dicentẽ sibi. Corneli, mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem Petrum, hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Act. 10

Eodẽ. Orante Petro & esuriente, cecidit super eum mentis excessus, & vidit cœlum apertum, ac descendens ad se vas quoddã velut linteũ magnũ, quatuor initijs alligatum, summitti è cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia terræ, bestięq; & reptilia, & volatilia cœli.

Act.16 Cum Paulus & Sylas trãsissent Mysiam, descenderunt Troiadem, visio per noctẽ Paulo ostẽsa est. Vir Macedo quidam erat, stans & deprecans eum, dicens. Transiens in Macedoniam, adiuua nos. Dixit dñs nocte per visionẽ Paulo. Noli timere, loquere, ne taceas.

Act.... Quadã nocte dñs assistẽs Paulo, ait illi. Constans esto Paule, sicut testificatus es de me in Hierusalẽ, sic & Romę te oportet testificari.

Act.23. Consolari volens Paulus socios suos, tẽpore tẽpestatis, suasit eis bono animo esse, dicens. Astitit mihi angelus hac nocte dicens. Ne timeas Paule, Cæsari te oportet adsistere. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum.

Act.27 Beatus Ioannes Apostolus et Euãgelista exilio relegatus, in Pathmos insula vidit Christũ in medio septẽ candelabrorum aureorũ, & mirabilibus reuelationibus totus liber plenus est.

CAPVT XXXI.

De bonis angelis.

Gen.18 ANgeli apparuerunt Abrahæ, & erga eum se familiariter habuerunt.

Gen.19 Apud Loth hospitati fuerũt angeli, & quasi piam ei violentiam facientes, ipsum de periculo extraxerunt.

Gen.22 Angelus domini vocauit Abraham, & prohibuit, ne filium immolaret, & magna ei propter obedientiam promisit.

Gen.28 Fugiẽs Iacob Esau fratrem suũ, vidit angelos ascen-

ascendentes, & descentes per scalam.

Redeunti Iacob à seruitio Laban, ad Isaac patrem suum, angeli eum, scilicet, protegēdum obuiauerunt. Gen.32

Angelus domini, qui pręcedebat castra Israel quando recedebat populus de Ægypto, stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israel. Vnde in Exodo. Ecce ego mitto angelum meum qui pręcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum quem pręparaui. Exo.14

Stetit angelus domini in via contra Balaam, qui sedebat super asinam. Num.22.

Angelus domini increpauit filios Israel qui iurauerant amicitiam cum habitatoribus terrę Chanaan, memorans beneficia eis à deo collata. Iudic.2

Apparens Gedeoni angelus dñi cōfortauit eū & animauit eum ad liberationem populi. Iudic.6

Vxori Manue sterili apparuit angelus, conceptionē filij prędicans, & abstinentiam indicans. Iudic.13

Numerato populo ad mandatum Dauid, misit dominus pestilentiā in Israel. Cumq; extendisset manū suā angelus domini super Hierusalem, vt disperderet eā, videns Dauid angelum cædentem populum, ait. Ego sum qui peccaui. 2.Re.24

Fugientem Heliam Iezabel tyrannisantē reginam, angelus domini confortauit, & sobrio cibo eum refecit. 3.Re.19

Et angelus reuelauit eidem, quid respondere deberet nuncijs Ochoziæ. 4.Re.1

Plures angeli boni erant cum Eliseo, ad eum defendendum, q̄ cum aduersarijs essent mali homines ad nocendum. 4.Re.16.

Venit angelus domini, & percussit vna nocte centum octuagintaquinq; millia hominū, de exercitu regis Assyriorum. 4.Re.19

Raphael

Tob.5 Raphael angelus, qui fuit dux Tobiæ, ipsum à deuoratione piscis eripuit, vxorem eius à dęmonio liberauit, patri cęco visum restituit, & per eũ tam parentes, quàm socij fuerunt multiplici consolatione repleti.

Iudic.13 Viuit dominus, ait Iudith. Quoniã custodiuit me angelus eius, & hinc euntẽ, & ibi commorãtem, & inde huc reuertentem.

Esa.6. Volauit ad Esaiã vnus de Seraphin, & mũdauit eum calculo, quem forcipe tulerat de altari.

Dan.3 Angelus domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem ignis.

Dan.6 Daniel in lacu leonũ existens, dixit Dario regi ad ipsum venienti. Deus meus misit angelum suum, qui conclusit ora leonum.

Dan.14 Postmodũ angelus domini Habacuc prophetam de Iudęa, in Chaldęã transtulit, vt ferret prãdium Danieli.

Dan.9. 10.et.11. Reuelata sunt Danieli multa & magna mysteria, per ministerum angelorum.

2.Mac.11 Machabęus, & qui cum eo erant, rogabãt dominum, vt bonum angelum mitteret, ad salutem Israel. Sequitur: Apparuit pręcedens eos angelus, in veste candida.

Luc.1. Ad annunciandã cõceptionẽ Ioãnis Baptistę, apparuit angelus domini Gabriel Zacharię.

Eodẽ. Ad annunciandam conceptionem Saluatoris, missus est idẽ angelus à deo in ciuitatem Dauid.

Luc.2. Rursus etiã nato Dño, angelus dñi stetit iuxta pastores, facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis exercitus laudantium &c.

Mat.1.2. Angelus domini legitur etiam apparuisse Ioseph, & ei loquutus esse. Primo ante natiuitatem domini. Mat.1. Noli timere accipere Mariam cõiugem tuam, Secundo, Post adorationem Magorum.

rum. Surge & accipe puerum tuum, & fuge in Ægyptum. Tertio. Post mortem Herodis. Acci pe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel.

Post recessum tentatoris, legitur. Ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Matt. 4

Post cœnam, in oratione facta in horto, apparuit illi angelus de cœlo confortans eum. Luc. 22

In eius resurrectione, angelus dñi descẽdit de cœlo. Ioan. 20. Mat. 28. Marci. 16. Luc. 24

In eius ascensione. Ecce duo viri astiterunt. Act. 1

Principes sacerdotum, & omnes qui cum illis erant, iniecerũt manus in apostolos, & posuerũt eos in custodia publica. Angelus autẽ domini per noctem aperiens ianuam carceris, eduxit eos, & dixit. Ite, & loquimini in templo plebi. Act. 5

Angelus domini dixit ad Philippũ. Surge & vade meridiem versus &c. Act. 8

Cornelius vidit manifeste angelum hora diei nona, introeuntem ad se, & dicentem sibi. Corneli. &c. Act. 10

Et dormiente Petro in Herodis carcere. Act. 12.

Herodes rex vestitus veste regali, sedebat pro tribunali, populus ei acclamabat: voces dei, non hominis. Confestim autem percussit eum angelus dñi, & consumptus à vermibus exspirauit. Eodem

Astitit angelus Paulo in naui, suadẽs eũ bono animo esse, dicens. Ne timeas Paule &c. Act. 27

Significauit deus quæ oportet fieri cito. Post hoc loquens seruo suo Ioanni, qui testificatus est sermonem dei &c. Et totus liber ille plenus est angelicis reuelationibus. Apo. 1.

CAPVT XXXII.

De spiritibus malis.

SPiritus mali, dicũtur esse dei, quia sunt in potestate dei, & per deum possunt quicquid possunt.

1. Re. 16 Spiritus dei malus exagitabat Saul.

Tob. 3. 8 Dæmonium occidit septem viros Saræ, filiæ Raguelis, sed fuit eiectũ per boni angeli Raphaelis aduentum.

Hiob. 1. 2 Super animalia Hiob, & domũ, vbi filij comedebant, & sup corpus ipsius Hiob Sathan tantũ potuit, quantum prouidentia diuina permisit.

Matt. 8 Spiritus malus facit hominem sęuum, vel crudelem.

Luc. 8 Facit quoq; hominem immundum, nam illi duo dæmoniaci sæui nimis, habitabant in monumentis, & dæmones petierunt intrare porcos, non agnos.

Luc. 8 Vnus eorũ famosior, vestimẽto nõ induebať, in domo habitabat, vinciebatur catenis & cõpedibus custoditus, etiam ruptis vinculis agebatur â dæmonio in deserta.

Mar. 7 Mat. 9 Luc. 9. Mat. 17 Facit quoq; hominẽ cæcũ & mutũ. Itẽ cũ apprehenderit eũ, allidit eũ, & spumat, & stridet dẽtibus, & arescit, & frequenter eum in aquam & in ignem mittit, vt eum perdat.

Mar. 1. Luc. 4 Laudes malignorum spirituum dominus recusabat. Obmutesce, & exi ab eo.

Mat. 8. Luc. 8. Potestatẽ dæmonũ paruam esse ex hoc patet, quod nec in porcos potuerunt intrare, nisi petita â Christo licentia, & obtenta.

Luc. 19 Prohibuit domin⁹ ne gauderẽt discipuli, si spiritus maligni subijcerentur eis, quasi hoc magnũ ab eis non debeat reputari.

Act. 16. Puella quędam habens spiritum Phytonem, clamabat multis diebus post Paulum & socios eius. Dolens autẽ Paulus conuersus est ad spiritũ

& dixit

& dixit. Pręcipio tibi in virtute, & in nomine do mini noſtri Ieſu Chriſti, exire ab ea, & exiјt eadē hora. Nota: Non curabat Paulus doctrinā verita tis confirmari, per ſpiritum falſitatis.

Quidam Iudæi tentauerunt inuocare ſup eos qui habebant ſpiritus malos, nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, dicentes. Adiuro vos per Ieſum quem Paulus prędicat. Reſpondens autem ſpiri tus nequam, dixit. Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? & inſiliens homo in eos, in quo erat dæmonium peſſimū, dominatus eſt eorum, & inualuit contra eos, adeo quod nudi & vulnerati recederent à domo illa. Act. 19

CAPVT XXXIII.

De immortalitate rationalis animę.

PEr hoc quod dicitur de Abrahā. Cōgregatus eſt ad populum ſuum, innuitur quod in alio ſęculo haberet populum, ſcilicet homines qui bene vixerant, ſicut & ipſe. Gen. 25

Simile habetur de Iſaac, appoſitus eſt populo ſuo. Et de Iacob. Gen. cap. 49. Gen. 35

Quum crederet Iacob mortuum eſſe Ioſeph, Deſcendam, inquit, ad filium meum lugens in infernum. Vnde credebat eum ibi eſſe ſecundum ſpiritum. Gen. 37

Fratres Ioſeph volētes dicere, quod vnus fra trū ſuorū mortuus eſſet, dicebant. Duodecim fra tres ſumus filiј viri vnius, minimus cū patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. Gen. 42

Apparēs dn̄s Moyſi in Rubo, dixit. Ego ſum Deus Abrahā, Iſaac, &c. Per hoc probat ſaluator noſter reſurrectionē mortuorum, non eſt, inquit, deus mortuorum, ſed viuentium. Exo. 3 Mat. 22

De Chore & complicibus eius dicitur. Deſcē derunt viui in infernū, operti humo, & perierunt Num. 16

de medio

de medio multitudinis. Per hoc patet quod in inferno viuant mali secundum animas.

1. Re. 28 Si Saul credidisset Samuelem penitus, quantū ad animam fuisse extinctum, nō petiuisset ipsum suscitari.

2. Re. 12 Mirantibus seruis Dauid, quod ipse pro mortuo paruulo non ploraret, dixit. Ego vadam ad eum, ille vero non reuertetur ad me.

2. Re. 18 Cum suspensus & tribus lanceis confossus Absalon interijsset, Dauid lachrymabiliter planxit eum. Et vt Augustinus in libro De doctrina Christiana, ait. Non orbitatē filij doluit, sed quia nouerat in quas pœnas tā impie adultera, & parricidalis anima raperetur. Namq; alio prius filio, q innocens erat, pro quo ægrotante affligebatur, moriente, lætatus est. Vt secundo Regum. 12. habetur.

3. Re. 17 Orauit Helias pro suscitatione filij hospitę suę dicens. Domine deus meus reuertatur oro anima huius pueri in viscera eius.

Frequenter legitur in lib. Regum. Dormiuit cum patribus suis. Quod quidem nullatenus de brutis animalibus potest dici. Vnde probatur eos viuere post mortem, & postea resurrecturos esse, sicut in dormiente apparet.

Tob. 2 Ex verbis quæ dixit Tobias, increpans stultitiam propinquorum, patet manifeste, quod anima viuat post separationem à corpore. Filij inquit, sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Item in oratione postea dixit. Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & pręcipe in pace recipi spiritū meum.

Hiob. 2 42. Addidit dominus omnia, quæcunq; fuerant, Hiob duplicia, tandem dedit ei septem filios, & tres

tres filias sicut prius.

Secũdum Grego.vlti.moral. Valde expresse dixit Salomon in fine Ecclesiastes li. Reuertatur puluis in terrã suam, vnde erat, & spiritus redeat ad deum, qui dedit illum.

Eccles vltimo

Ex verbis illis quæ dicunt damnati in inferno, ostendunt viuere tam boni, quàm mali in alio sęculo.

Sapien. 5

De Nabuchodonosor rege Babylonis dicitur ad literam. Ex quo dormisti, in morte scilicet, nõ ascendit qui succidat nos. Infernus subter te conturbatus est in occursum aduentus tui. Et postea Detracta est ad inferos superbia tua. Et plura ponuntur ibi, per quę patet illum non penitus interijsse, sed ad infernum animam descendisse.

Esa. 4

Dum suaderetur Eleazaro, vt simularet se de carnibus sacrificij comedisse, dixit. Et si in pręsenti tẽpore supplicijs hominũ eripiar, sed manũ omnipotentis, nec viuus nec defunctus effugiam.

2. Mac. 6

Vnus septẽ illorum fratrũ dixit. De cœlo ista possideo, sed & propter dei leges hęc ipsa despicio, Quoniã ea ab ipso me recepturum spero. Similiter ex verbis matris ei9 et aliorũ patet, quod quantum ad animam, non credebant se perire.

2. Mac. 7

Razias cõplexus intestina sua, proiecit super turbas inuocans dominatorẽ terrę ac spiritus, vt hęc illi iterum redderet, & sic obijt.

2. Mac. 14

Mouens, etiam muniens discipulos quos mittebat saluator, ait. Nolite timere illos, qui occidũt corpus, animã vero non possunt occidere, sed potius timete eum, qui postquã occidit, habet potestatem mittendi in gehennam.

Mat. 20

Nota in eo quod narrat Dominus de diuite & Lazaro, non videtur parabola aliqua vel similitudo. Vnde videtur fuisse historia manifesta, &

Luc. 16

ſic apparet eſſe, ſiue bonorum, ſiue malorum animas immortales, & recipere poſt ſeparationem à corpore, prout in corpore meruerunt.

Eodem — Exemplo villici iniquitatis, qui fecit amicos de bonis domini ſui, concludit dominus dicens. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quod nihil eſſet dictum, ſi anima poſt ſeparationem à corpore, ſeu poſt mortẽ corporis nullum haberet receptaculum.

Act.7 — Deuotam & rectam fidem de anima habebat beatus Stephanus. Qui cum lapidaretur dicebat. Domine Ieſu. Accipe ſpiritum meum.

2.Cor.15 — Ex verbis egregij doctoris Pauli, animam viuere poſt ſeparationẽ à corpore, manifeſte apparet. Scimus, inquit, quoniã ſi terreſtris domus diſſoluatur, quod ædificationẽ habemus ex deo domum non manufactã, ſed æternam in cœlis.

Phil.1 — Et ad Philipp. Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto.

Rom.7 — Idem, Rom. Infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et certe talia non diceret, niſi de vita alia certus eſſet.

CAPVT XXXIIII.

De fide quam homo debet habere ad deũ.

Gen.15 — Credidit Abraham deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Nota: Quod credidit deo promittenti, rem valde difficilem.

Exo.4 — Translato mari rubro, & exercitu Pharaonis ſubmerſo, timuit populus dominum, & crediderunt domino & Moyſi.

Num.20 — Vſq; ad aquas contradictionis, fideliter credidit Moyſes cunctis verbis domini, ſed ibi aliqualiter hæſitauit.

1.Re.14 — Dixit Ionathas armigero ſuo. Non eſt domino diffi-

tio difficile saluare, vel in multis, vel in paucis.

Magnæ fidei verbum fuit, pugnaturus Dauid contra Goliath gigantem, dixit. Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo, ego autem venio ad te in nomine domini. 1. Re. 17

Dixit Iosaphat rex Iuda exercitui suo, ad pugnam congregato. Credite in domino deo vestro & securi eritis: Credite prophetis eius, & cūcta venient prospera. 2. Par. 20

Magnæ fidei verbum dixit Aza. Domine nō est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilietis, aut in pluribus. 2. Par. 14.

Esdras venturus in Hierusalē, propter magnā & periculosam viā noluit petere conductū ab rege, sed conuertit se ad ieiuniū & orationem. Esd. 8.

Videns Neemias tot imminere pericula & labores, ædificantibus dixit. Deus noster pugnabit pro populo, & nos ipsi faciamus opus. Neem. 4

Magnæ fidei verbum dixerunt socij Danielis regi Nabuchodonosor. Deus noster quem colimus, potest nos eripere de camino ignis, et de manu tua liberare, quod si noluerit, notum sit tibi, quod deos tuos non colimus. Dan. 3

Dixit Iudas Machabæus socijs suis timētibus. Facile est concludi multos in manibus paucorū, & non est differētia manus dei liberare in multis aut in paucis. Quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. 1. Mac. 5.

Eleazarus dixit his, qui volebant eum mortē euadere, simulando se de sacrificij carnibus manducare. Manus omnipotētis nec viuus nec defunctus effugiam. 2. Mac. 6.

Ex abundanti fide mentis procedebant verba filiorū septē fratrum, & matris ipsorum. 2. Mac. 7

Zachariæ patri Ioannis Baptistæ, dixit ange- Luc. 1.

lus. Ecce eris tacens, & non poteris loqui, vsque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis.

Eodem — Elizabeth repleta spiritu sancto beatam virginem specialiter laudauit, beata ait, quæ credidisti &c.

Mat.2. — Mira fides in illis tribus magis fuisse probat, qui in Bethlehem ab oriente venerunt & inuenientes puerum cum paupercula matre, humiliter adorauerunt, et mysticas ei munerum species obtulerunt.

Mat.8. — Merito cōmendatur à dño fides Centurionis qui dixit. Dñe non sum dignus &c. Sequitur: Nō inueni tantam fidem in Israel.

Mat.9. Luc.5. — Multū potest valere cuilibet fides propria, si tantum Paralytico valuit fides aliena. Videns Iesus fidem illorum dixit: Confide fili, remittūtur tibi peccata tua, & statim integraliter sanauit.

Mat.9. — Mulier fluxū sanguinis patiens intra se ait. Si tetigero tantum vestimenta eius salua ero. Sequitur. Confide filia fides tua saluam te fecit.

Mat.13 — Nō fecit dominus Iesus virtutes multas in patria sua propter incredulitatem illorum.

Mat.14 — Quando Petrus ambulans super aquas cœpit mergi, arguit eum Dominus de defectu fidei dicens. Modice fidei, quare dubitasti?

Mat.15 — Cōmendatur à dño mulier Chananęa, cui dixit. O mulier magna ē fides tua, fiat tibi sicut vis

Mat.16 — Magnę fidei verbū dixit Petrus Domino interroganti, quid homines dicerent de eo. Tu es, inquit, filius dei viui.

Luc.7. — Mira fides fuit Magdalenæ, iccirco iuste à domino exaudiri meruit. Fides tua te saluā fecit.

Mat.9. — Credēs iam pater pueri lunatici, humiliter sibi fidem augeri petebat, & cū lachrymis aiebat.

Credo

Credo domine, adiuua incredulitatem meam.

Thomæ dominus dixit. Infer digitũ tuũ &c. noli esse incredulus sed fidelis. Quia vidisti, credidisti Beati qui non viderunt & crediderunt. Ioan. 20.

Die Pentecostes post primam Petri prædicationem, post spiritus sancti receptionem, circiter tria millia hominum crediderunt. Act. 2.

Cum sanatus esset claudus, alloquutus est mirantem & stupentem turbam. Multi autem qui audierunt verbum crediderunt. Et factus est numerus virorum quinque millia. Act. 3

Elegerunt Apostoli Stephanum virum plenũ fide & spiritu sancto. Act. 6

Eunuchus ait Philippo. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens Eunuchus ait. Credo dei filium esse Iesum Christũ. Et tunc Philippus baptizauit eum. Act. 8

Saulus & Cornelius modo vario, sed vtroque ædificatorio ad fidem Christi, fuerunt adducti. Act. 9. 10.

Quidam Ciprij & Cirenæi, cum introijssent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuntiantes dominum Iesum, multusque numerus conuersus est ad dominum. Act. 11

Proconsul Paulus, videns quomodo ad verbũ Pauli Apostoli Elymas magus, qui resistebat ei excæcatus fuit, credidit, admirans super doctrina domini. Act. 13

Paulo & Barnaba dicentibus Iudæis, vobis oportebat primum loqui sermonẽ Dei, sed quoniam repellitis illum, ecce conuertimur ad gentes, audientes autem gauisæ sunt, & glorificabãt nomen domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Eodem

Quidam vir de ciuitate Lystris, qui nũquam Act. 14

 ambula-

ambulauerat, audiuit Paulum loquentem. Paulus autem vidẽs quod fidem haberet, vt saluus fieret dixit ei. Surge super pedes tuos rectus, & exiliuit & ambulabat.

Eodem. Factum est Iconij, vt Paulus & Barnabas simul introirent in synagogam Iudęorũ & loquerentur ita, vt crederet Iudęorum & Græcorum copiosa multitudo.

Act.16. Transeuntibus Paulo & Barnaba per diuersas ciuitates, Ecclesiæ confirmabantur in fide, & abundabant numero quotidie.

Eodẽ. Custos carceris in quo detinebantur Paulus & Silas, videns terræmotum fieri, & carcerem aperiri, tremefactus procidit ad pedes eorum dicens. Domine quid me oportet facere, vt saluus fiam. At illi dixerunt. Crede in dominum Iesum, & saluus eris.

Act.17. Cum Paulus disputasset Athenis contra idololatriam, quidam viri adhęrentes ei, crediderũt, in quibus Dionysius &c.

CAPVT XXXV.

De fidelitate homini seruanda.

Gen.24. SEruus Abrahæ Eliezer fideliter egit nunciũ à domino suo sibi commissum, quando iuit pro Rebecca ad domum Bathuelis.

Gen.13. Fideliter seruiuit Iacob auunculo suo Laban, quando gregem ipsius pascendo die nocteq; ęstu vrebatur & gelu.

Gen.39. Ioseph erga dominum suũ fideliter se habuit, qui vxorem eius tangere noluit.

Gen.41. Itẽ erga Pharaonẽ in cõsilio, quod ei dedit, & in ministerio quod ei exhibuit, scilicet, Ioseph.

Iosue.2.6. Rachab meretrix fideliter egit cum exploratoribus quos miserat Iosue, & ipse Iosue egit postea fideliter cum eadem.

Quãuis

Quãuis Gabaonitę fefellissent Iosue, & filios Israel, tamẽ iuramẽta & pacta eis seruauerũt, & eos contra hostes, postea fideliter adiuuerunt. Iosue.8.10

Fideliter indicauit Dauid Ionathas iram patris sui, & ipsum quantum potuit excusauit, & postea confortauit. 1.Re.20.

Occiso patre Abiathar occasione Dauid. Ego inquit, sum reus omnium animarum patris tui, mane mecum, ne timeas, si quis quæsiuerit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis. 1.Re.22

Noluit Dauid percutere dominum suum, licet malum & persequentem eum, cum tamen si voluisset bis eum percutere potuisset. 1.Re.20 &.26

Magnum fidelitatis signum fuit, licet indiscrete egerit armiger Saul, quando videns dominũ suum esse mortuum, noluit vltra viuere, sed irruit super gladium suum, & mortuus est cum eo Quid ergo facere debemus pro domino, pro nobis crucifixo? 1.Re.31

Viri Iabes Galaad fideliter se habuerunt ad Saul dominum suum, licet malum, reuerenter sepelientes eum. 1.Reg.31

Vrias Ethæus nolebat esse in delitijs, quãdiu Ioab dominus suus laborabat in exercitu. 2.Re.11

Instante captione ciuitatis Rabbath, quandiu obsederat, Ioab misit ad Dauid, vt veniret, & illam caperet, vt domino suo, non sibi honor victorię deferreretur. 2.Re.12

Cum fugeret Dauid à facie Absalon, dixit illi Ethai. Viuit dominus, quoniam in quocunq; loco fueris, domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. 2.Re.15

Noluerunt viri Dauid, quod ipse exiret cum eis ad prelium, dicẽtes, Tu vnus pro decem mil- 2.Re.18

libus computaris. In quo apparuit quod fideliter diligebant eum. Et sequenti. Cap. 21. Iã nõ egrediens nobiscum ad prælium, ne extinguas lucernam in Israel.

2. Re. 20. Separatus omnis Israel à Dauid sequutusq; est Sebam filium Bochri. Viri autem Iuda adhęserũt regi suo tanq̃ fidelés, videlicet, & constantes.

1. Par. 11 Tres viri robustissimi fideliter defenderunt Dauid pugnantem contra Philistijm, & attulerunt ei de aqua cisternę Bethleem, quam cũ desiderio magno petierat.

4. Re. 11 Valde fideliter egit Ioiada Pontifex, cum Ioas filio Ioram regis Iuda, licet male recognouerit postea.

2. Mac. 3 Onias summus Pontifex, & alij sacerdotes laborauerunt fideliter viduarum & pupillorũ deposita custodire.

Mat. 25 Commendat dominus confidelitatem seruorum, qui multiplicauerunt sibi tradita.

2. Cor. 9 Cũ multa fidelitate procurabat Paulus fieri collectas pro necessitatibus pauperũ de Iudæa.

Phile. 1 Fideles et affectuosas literas misit Paulus Philemoni pro Onesimo seruo eius fugitiuo.

Act. 19 Discretum & fidele consilium dederunt Paulo quidam de Asiæ principibus, rogantes eũ ne se daret in theatrum.

CAPVT XXXVI.

De quiete & mentis illustratione.

Gen. 12. 13. 15. & 18 POstquam exiuit Abraham de Hur Chaldæorum, crebro apparuit ei dominus, & eum diuersis reuelationibus visitauit.

Gen. 18 Apparuit Dominus Abrahæ in conualle Mãbre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei & cæt. totum potest exponi de viro contemplatiuo.

Habita-

Habitabat Isaac in terra australi, & egressus fuerat ad meditandum in agro. Gen.24

Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Gan.25

Egressus Iacob de Bersabeæ, pergebat Arã, cumq; vellet in quodã loco requiescere post solis occasum, tulit de lapidibus qui iacebãt, & sup ponens capiti suo dormiuit in eodẽ loco, viditq; in somnis scalam stantem. Gen.28

Cũ mature surrexisset Iacob, trãsiuit vadũ Iaboth, transductisq; oĩbus quæ ad se pertinebant remãsit solus, & ecce vir luctabatur cum eo &c. Gen.32

Moyses pascebat oues soceri sui, cũq; minasset gregẽ ad interiora deserti, venit ad montẽ Dei Oreb, apparuitq; ei dominus in flamma ignis. Exo.3

Videns Ietro Moysen occupatũ iudicando populum expectantẽ ad vesperã, dixit ei. Stulto labore consumeris, & populus qui tecum est, esto tu populo in his, quæ ad dominum pertinent. Exo.18

Descendit dominus super montem Sinai, & vocauit Moysen in cacumine eius, ibi reuelauit ei deus iudicia, & præcepta, & ceremonias, quę populum docere debebat. Exo.19

Loquebatur dñs ad Moysen, facie ad faciẽ, sicut solet loqui homo ad amicũ suũ. Fuitq; Moyses cũ domino per quadraginta dies, & totidem noctes, panẽ nõ comedit, & aquam non bibit. Exo.33 &.34

Dixit dominus ad Moysen. Ascende ad montem istum, & contemplare inde terram quam daturus sum filijs Israel. Deu.32

Samuel dormiebat in templo domini, & vocauit dominus Samuelem. 1.Re.3

Cum sedisset rex Dauid in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem, vndiq; ab vniuersis 2.Re.7

inimicis, dixit ad Nathan prophetã. Vides quod habitem in domõ cedrina.

3.Re.19 Helię fugienti à facie Iezabel ostensum est, quod Dominus non erat in spiritu grandi, nec in commotione, nec in igne, sed in sibilo auræ tenuis.

4.Re.3 Per similitudinẽ rerum corporalium debet anima sumere iudiciũ, vel ferri in Deum, in quo inseparabiliter melius inuenitur, quicquid delectabile in creatura videtur: Vnde cum caneret psaltes corã Elisęo, facta est manus Domini super eum.

4.Re.4 Cum Elisęus attente voluit orare pro mortuo filio Sunamitis, non fecit hoc coram alijs, sed clausit hostium.

Tob.3 Sara filia Raguẽlis, audito grandi improperio ab vna de ancillis suis, perrexit in inferius cubiculum domus suæ, & tribus diebus & tribus noctibus nõ manducauit, neque bibit, sed in oratione persistens cũ lachrymis deprecatur dominum.

Iudit. 9 Videns Iudith populum suum in arcto positum, ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum, & prosternens se clamauit ad dominum.

Esth.14 Esther regina cõfugit ad dominũ, pauens periculũ, quod imminebat. Quũque deposuisset vestes, fletibus & luctu indumenta apta suscepit, et deprecabatur dominum. Adiuua me solitariam.

Psal.54 Post tribulationes & turbationes, quas sustinebat Dauid, dicebat. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam. Et subdit modum acquirendi pennas & requiem. Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine.

Ezec.1 Cum esset Ezechiel in medio captiuorum facta est super eum manus domini, & vidit quod ventus turbinis veniebat ab Aquilone.

Dan.2 Audiens Daniel crudelem sententiam contra

ſapientes Babylonis latam, ingreſſus eſt in domũ ſuam, & de nocte per viſionem myſterium reuelatum eſt ei.

Dixit Gabriel angelus ad Danielem miro feruore orantem. Egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres, quia vir deſideriorum tu es. Dan. 9

Super cuſtodiam meam ſtabo, ait Habacuc, & figam gaudium meum ſuper munitionem & cõtemplabo, vt videam quod dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me? Haba. 2

Dimiſſa turba aſcendit dominus in montẽ ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. In quo exemplum dedit turbas fugiendi, & ſolitudinem inquirendi. Mat. 14

Ingreſſus eſt Zacharias tẽplũ Domini, vt incẽſum poneret, & oĩs multitudo populi erat orans foris. Tunc ei apparuit angelus domini. Luc. 1

Martha circa miniſterium ſolicita & turbata erat. Maria autem ſedens ſecus pedes domini, audiebat verbum illius. Et eſt notabile valde, quod tam pio & deuoto miniſterio præfertur quies, et audientia verbi domini. Luc. 10

Videns Ieſus Mariam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & lachrymatus eſt, quod nequaquã fecerat, quãdo loquuta eſt ei Martha. Ioan. 11

Miro & ineffabili modo fuerũt diſcipuli dñi, docti & illuſtrati in aduentu Spiritus ſancti. Act. 2

Poſtquam lux de cœlo Saulum circumfulſit, & ipſe cadens in terram excæcatus fuit: Deinde per triduum ieiunans, & orans, excellentes reuelationes habuit à Chriſto. Act. 9

Cum hoſpitaretur Petrus in domo Simonis coriarij, aſcendit quadã vice in ſuperiora domus, vt oraret. Ad hoc videlicet, vt poſſet vacare quie-

tiuis

tiuis, à turba inferius existēte remotus. Et tūc reuelauit ei dn̄s in mētis excessu, qđ gentiles non erant repellendi à prædicatione Euangelij.

2. Cor. 12 Raptus fuit Paulus vsq; ad tertiū cœlū, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Altissima verò eius sapientia apparet in Epistolis suis, præcipue aūt Roma. 1. 9. 10. 11. Tū etiā ad Ephesios. 1. & . 2. & c. Coloss. 1. 2. Heb. 1

Apo. 1 Beato Ioanni sequestrato à tumultu & cōsolatione mundi. Quādo in Insula Pathmos exulauit, reuelauit dn̄s facta cœlestia. Vt in Apoca. patet.

CAPVT XXXVII.

De longanimitate.

Gen. 21 MVltis annis expectauit Abraham, anteq; haberet filium de Sara, quia iam centenarius erat, quando natus est Isaac.

Promissione primo facta Abrahæ, vsq; ad ingressum seminis sui, fluxerunt anni. 440

Permisit dominus Israel in Ægypto flagellari longo tempore & affligi, & postea per desertum tentari quadraginta annis, anteq̄ veniret ad terram promissionis, sicut apparet in Exodo, & lib. Numerorum quasi per totum.

Iudic. 20 Filij Israel contra tribum Beniamin pugnantes, multi contra paucos bis bellati fuerunt, tandem præualuerunt.

Hiob. 13 Afflictus corpore, orbatus filijs, derisus ab amicis, & rebus omnibus spoliatus Hiob, dicebat. Et si occiderit me, in ipsum sperabo.

Tob. 2 Parentibus Tobiæ irridentibus eum & dicētibus. Vbi est spes tua pro qua eleemosynas et sepulturas faciebas. Tobias increpabat eos dicens. Nolite ita loqui, quoniā filij sanctorum sumus, & vitā illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

Cum

Cum esset Susanna duorũ presbyterorũ ini- quo cõdemnata testimonio, dicitur tamen de ea. Quod erat cor eius habens fiduciam in domino. Dan.13

Vnus illorũ septem fratrum postulatus à tyrã no, linguam cito protulit, & manus cõstãter ex- tendit, & cum fiducia ait. E cœlo ista possideo. 2.Ma.7

Machabæus Iudas misit Hierosolymam, duo- decim milia dragmas argenti, offerri eas ibi pro peccatis mortuorum, iuste & regiose de resurre- ctione cogitans. 2.Ma.12

Homo erat in Hierusalem, cui nomen Sime- on, & homo iste iustus & timoratus expectans consolationem Israel. Luc.2.

Ascensurus in cœlum Saluator præcepit disci- pulis suis, vt non discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissum patris. Act.1

Videns Paulus quod vna pars erat Pharisęo- rũ, & alia Saducęorũ, exclamauit in consilio. Vi- ri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorũ, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Act.23

Monet Apostolus Timothęum, vt præcipiat diuitibus, non sublime sapere nec sperare in incer- to diuitiarum, sed in deo viuente. 1.Tim.6

CAPVT XXXVIII.

De timore Dei.

VSq; ab beatitudinem confirmatam nõ po- test esse securitas, nam & angeli in cœlo empyreo, & primi parẽtes in terrestri pa- radyso peccauerunt. Gen.3

Loth inter peccatores pessimos bonus fuit, et exiẽs inde cũ filiabus proprijs in mõte peccauit. Gen.19

Defectus timoris diuini est caussa peccati, ideo dixit Abraham ad Abimelech. Cogitaui mecum dicens. Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me. Gen.20

Timue-

Exod.1 Timuerunt obſtetrices dominum, & ædificauit illis domos.

Exo.20 Voluit dominus in filios Iſrael multum timorem incutere, ideo cum tonitruis, & igne, & ſignis terribilibus legem dedit.

Non debet homo confidere in probitate parentum, Abraham enim plures habuit malos filios, vnum bonum.

1.Re.8 Samuel habuit duos, ambo fuerũt mali. Dauid etiã multos malos. Salomon habuit vnũ malũ et ſtultũ. Et de multis alijs inueniũtur exempla.

Exo.14 Poſt tranſitũ maris rubri & ſubmerſionẽ exercitus Pharaonis dicitur: Timuit populus dñm, & crediderunt domino, & Moyſi ſeruo eius.

3.Re.18 Abdias diſpẽſator domus Achab, timebat dominum Iſrael valde, nam cũ interficeret Iezabel prophetas domini, tulit & ille centum prophetas, & abſcondit eos, & pauit.

4.Re.18 Hoĩes quos miſit rex Babylonis ad habitandũ Samariam, non timebant Dominum & immiſit eis dominus Leones, qui interficiebant eos.

2.Par.19 Cõſtituit Ioſaphat iudices in cunctis ciuitatibus Iuda, prçcipiẽs eis inter cętera. Sit timor domini vobiſcũ, & cum diligẽtia cuncta facite. Nõ enim apud dominũ Deum veſtrum iniquitas.

Tob.1. Tobias ſenior ab infantia filiũ ſuũ timere dominum docuit, & timentes deũ ad cõuiuiũ ſuum

Tob.2 fecit vocari. Sequitur, Plus timens deum q̃ regẽ, rapiebãt corpora occiſorum, & ſepeliebat.

Tob.9 Tobias iunior, & amici ſui timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Tob.3. Confitendo in oratione domino, dicebat Sara filia Raguëlis. Virum cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi accipere.

Iudith.8 Erat Iudith in omnibus vidua famoſiſſima,

quoniam

quoniã timebat deum valde, nec erat qui loqueretur de ea verbum vnum malum.

Inter alia, de quibus cõmendatur Hiob, significanter tangitur timor dei. Ca. 1. & 2. Vnde ipse dixit. Semper enim tumentes quasi super me fluctus timui deum. Hiob. 31

De muliere forti dicit specialiter. Mulier timẽs deum ipsa laudabitur. Prou. 31

Cũ plagis perimeretur Eleazarus, ait, Domine, tu scis quia cũ à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores, secundũ animã vero, propter timorem tuum, libenter hæc patior. 2. Mac. 6

Commota tempestate magna, nautæ cum quibus erat Ionas, miserunt ipsum in mare, & stetit mare à furore suo, & timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hostias, & vouerunt vota domino. Ionæ. 1

Si timendus est aliquis dñs, quia potest multa bona donare, multo magis summe timendus est deus, quia summa bona donare potest. Vnde Tobias. Noli timere fili, multa bona habebimus, si timuerimus deũ. Et quia potest mala inferre, propter hoc Christus dicit. Timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Tob. 4 Mat. 10

Si grauiter est punitus seruus ille, qui talentũ sibi creditum non multiplicauit, sed ligatũ in sudario integrum reportauit, Quid fiet de illo, qui omnia dissipat luxuriose viuendo, & quantum in ipso fuit dominum impugnando? Luc. 19

Valde grauiter punietur illi qui opera iniquitatis & nequitiæ perpetrauerũt. Ex quo apparet quod ita confundentur, qui opera misericordiæ non fecerunt. Ite, dicetur, maledicti. Mat. 25

Simeon erat homo iustus, & timoratus expectans redemptionem Israel, Luc. 2

Viri

Act. 8 Viri timorati curauerunt Stephanũ à Iudęis lapidatum, & fecerunt planctum magnum.

Act. 9 Post cõuersionẽ Pauli scriptũ est. Ecclesia ædificabatur, ambulans in timore domini, & consolatione spiritus sancti replebatur.

Act. 10 Occasione Cornelij deum timentis, dixit Petrus, In omni gente, qui timet deum, & operatur iustitiam acceptus est illi.

CAPVT XXXIX.

De timore, quo mali timent bonos.

Gen. 21 Dixit Abimelech ad Abrahã. Deus tecum est in vniuersis, quę agis. Iura ergo per deum, ne mihi noceas.

Exo. 14 Ægyptij persequentes filios Israel, qui ibant per medium mare, dixerunt. Fugiamus Israel. Deus enim pugnat pro eis.

1. Re. 17 Videns Saul quod dominus esset cum Dauid cœpit timere eum.

4. Re. 1 Princepsquinquagenarius, qui tertio venit ad Heliã, reuerenter loquutus est ei, quod et quia nõ fecerant, duo alij fuerunt ab igne desuper veniente consumpti.

Nehe. 6 Factus est cũ cõpletus esset murus Hierusalẽ, & timerẽt vniuersæ gẽtes, quæ erant in circuitu.

1. Ma. 3 Cecidit timor Iudæ & fratrum eius, & formido super omnes gentes in circuitu eorum, & peruenit nomen eius ad regem.

1. Ma. 12 Audierũt aduersarij, quia paratus est Ionathas cum suis in bello, & timuerunt, & formidauerũt in corde suo.

1. Ma. 11 Postq̃ Lysias fuit debellatus à Iuda Machabæo, voluit pacem facere cum eo, & promisit cõsensurum se omnibus quę iusta erant, quasi ad voluntatem Iudæ

Mar. 6. Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virũ iustum

iustum & sanctum, & custodiebat eum.

Post terribilem mortem Ananię, & Saphiræ, erant omnes discipuli in porticu Salomonis: Cæterorum autem nemo audebat se illis coniungere sed magnificabat eos populus. Act.5.

Cum Paulus & Silas essent in carcere pariter positi, & pedes eorũ ligno stricti, subito terræ motus factus est magnus: Custos aũt carceris tremefactus procidit Paulo & Sila ad pedes & ait. Domine, quid me oportet facere vt saluus fiam? Act.16

CAPVT XL.

De dilectione Dei.

DAturus legẽ Moysi, dñs dixit ei. Ego sum dñs deus tuus, faciẽs misericordiã his qui diligunt me, & custodiunt pręcepta mea. Exo.20

Præcipuum omnium mandatorum legis est dilectio dei. Nam dixit Moyses post decẽ mandata populo repetita. Diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo &c. Deut.6

Timorem dei & amorem, volens specialiter imprimere in populo, Moyses ait. Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit à te? nisi, vt timeas dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eũ, ac seruias domino deo tuo, in toto corde tuo, &c. Deut.10

Longęuus Iosue & persenilis ætatis, vocat omnem Hierusalem, & monens eos de multis dixit inter cętera. Hoc tantũ diligẽtissime præcauete, vt diligatis dominum deum vestrum. Iosue.23

De rege Dauid dicitur. De omni corde suo laudauit deũ, & dilexit dñm, q fecit illũ. Vnde ipsemet dicebat. Diligã te domine fortitudo mea. Eccli.47

Apostolus Paulus talem tulit sententiam. Si quis non amat dominũ Iesum Christum, sit Anathema Maranatha. 1.Cor.6

Gala. 2 Quia amor est virtus mortua ad Christũ, magnũ amorẽ Paulus habebat, qui ei crucifixus erat Et potest notari de Paulo quod Christus erat ei sua sapiẽtia. Nõ iudicaui me scire aliud inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum.

Phili. 3. Itẽ sua substãtia. Oĩa, inquit, detrimentũ feci & arbitror vt stercora, vt Christo lucrifaciam.

Colo. 1 Sua iustitia. Factus est nobis sapientia, iustitia & sanctificatio & redemptio.

1. Cor. 14 Potest dici, quod Christus in eo loquebatur. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus.

Gal. 2. Itẽ Christus in eo operabatur. Nõ audeo aliquid loqui eorũ, q̃ per me non efficit Christus.

Item Christus in eo viuebat. Viuo ego, iã nõ ego: viuit autem in me Christus.

Philippen. 3. Mihi viuere Christus est.

2. Co. 2 Item Christus in eum triumphat. Deo gratias, qui semper triumphat in nos, in Christo.

Rom. 1 Potest quoq; dici Christi seruus. Paulus seruus Iesu Christi.

2. Cor. 1 Et Christi apostolus. Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei.

2. Cor. 5 Itẽ Christi legatus & vicarius. Pro Christo legatione fungimur, tanq̃ deo hortãte per nos, obsecramus, pro Christo reconsiliamini Deo.

1. Cor. 2 Et dei adiutor erat. Dei sumus adiutores.

2. Tim. 4 Etiam pugil, vel certator. Bonum certamen certaui.

Et alibi. Sic curro, non quasi aërem verberans Et prima Corinthiorũ. 15. Si secundum hominẽ cum bestijs depugnaui.

Item cursor. Si curro non quasi in incertũ. Prima Corinthiorũ. 9. Cursum consummaui.

2. Tim. 4 Item specialis imitator. Imitatores estote mei, sicut

ſicur ego Chriſti.

Pulchram facit quæſtionem beatus Ioannes, dicens. Nos ergo diligamus deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. 1. Ioan. 4

CAPVT XLI.

De dilectione proximi.

Repreheſus eſt Cain á dño grauiter, & punitus, quia cõtra fratrẽ ſuum inique egit, & ſe non eſſe cuſtodem dixit eius. Gen. 4

Nota, q̃ diligẽter & ſolicite orabat dominum Abraham, vt parceret Sodomitis, quod erat magnæ dilectionis ſignum. Gen. 18

Tantam dilectionem erga proximos ſibi ſubditos Moyſes habebat, quod ipſe orans dominũ, dicebat. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo. Exo. 32

Optabat Moyſes orãs, de populo prophetas, licet honor eius inde minui videretur. Num. 11

Noluit Moyſes magis dominium, quod ei dominus promittebat, in tantum proximos ſuos, quibus præerat, diligebat. Num. 14

Filij Iſrael poſt occiſionẽ filiorum Beniamin, magno vlulatu cœperunt flere dicẽtes. Quare domine Deus noſter factũ eſt hoc malum? Iudic. 21

Anima Ionathæ colligata eſt animæ Dauid, & dilexit eum quaſi animam ſuam. 1. Re. 18

Oſtendit Dauid ſe diligere inimicum. in planctu Saul. Amicum, in planctu Ionathæ. Similiter in planctu Abner. 2. Re. 1

Filium quoq;, licet malum, & ſibi aduerſariũ fleuit. 2. Re. 18

Magnam dilectionem oſtendit ſe habere Neemias ad filios tranſmigrationis, quod patet in his, quæ eis fecit. Neemię ꝑ totum.

Quia Tobias multis, multa opera charitatis exhibe- Tob. 1

exhibebat, multi diligebāt eū. Vnde cū iussus esset occidi à rege, latuit, & inuentus non fuit.

Mat. 18 Tantā dilectionē vult dn̄s ad ꝓximos nos habere, vt dixerit Petro, Nō esse dimittendū septies peccanti fratri, sed vsq; septuagies septies.

Luc. 10 Ad proximū magnā dilectionē habuisse laudatur Samaritanus ille, qui appropians semiuiuo, misericordia motus est, & eius vulnera alligauit, infundens oleum & vinum.

Act. 7 Miram dilectionem ad proximum habuisse monstratur beatus Stephanus, qui pro lapidatoribus suis deuotius, q̄ pro se orasse videtur. Nam pro illis genua posuit, & voce magna clamauit, pro se vero simpliciter dixit. Domine Iesu suscipe spiritum meum.

Gala. 4 Inæstimabiliter Paulus ꝓximos diligebat, erat enim erga eos, vt mater parturiēs, nā dicebat Galatis. Filioli mei, quos iterum parturio.

1. Cor. 4 Item tanquam pater corripiens per Euangelium in Christo. Ego vos genui. Et paulo post, In virga veniam ad vos.

1. Tess. 2 Ad Tessalo. Tanq̄ pater filios deprecantes vos, & consolantes testificati sumus. Eodē. Tanq̄ nutrix fouens & blandiēs, facti sumus, ait. Tāq̄ si nutrix foueat filios suos.

1. Cor. 3 Et alibi. Tanq̄ paruulis in Christo, lac, potū dedi vobis.

1. Tim. 1 Item tanq̄ magister & doctor erudiens. Positus sum prædicator, & apostolus, & magister gētium in fide & veritate.

Phili. 4 Item tanq̄ frater & socius collaborans, & coadiuuās. Fratres mei dilectissimi, & desideratissimi, rogo te Germana compar, &c.

1. Cor. 5 Et cap. 1. ad Philip. Habeo vos in confirmatione Euangelij, socios gaudij mei, &c.

Et

Et secunda Corinth.1. Non dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri.

Item tanq̃ legatus reconciliatis. Pro Christo legatione fungimur.

Et Apostolus bona annũcians. Vos scitis qualiter nihil subtraxerim vobis vtilium, quo minus annunciarem vobis, & docerem vos publice per domos. Act.20

Et alibi. Quod ignorantes colitis: ego annuncio vobis. Act.17

Item architectus ædificans. Vt sapiens architectus posui fundamentum. 1.Cor.3

Per aliã nihilominus viã potest dici, q̃ Paulus ostendit se esse proximorũ feruentissimũ dilectorem, per hoc videtur, quod ipse multa pro eis faciebat. Siquidẽ vel sustinebat, vel dabat ea, quę nõ habebat, ab habentibus, pro indigẽtibus procurabat: Quod enim suadet ad vtilitatem proximorum, ipse testatur. Ad ea, quę opus erant mihi, & his qui mecum sunt, ministrauerũt manus istę. Sequitur: Quoniã beatius est dare q̃ accipere. Quãuis autem supererogatiõis esset, cum ab ipsis accipere posset, in hoc faciebat. Vt illis quibus prędicabat, parceret. Vnde ad Corinthios. Paratus sum venire ad vos, & non ero vobis grauis. Nõ enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Act.20

Secundo, vt pseudoapostolis gloriandi occasionẽ auferret. In omnibus sine onere me seruaui & seruabo. Quod facio & faciã, vt amputẽ occasionem eorum, qui volunt occasionẽ, vt in eo, de quo gloriantur, reperiantur sicut & nos. 2.Cor.11

Tertio. Vt exinde maiorem mercedem haberet. Non vsi hac potestate, vt accipiamus (scilicet) sumptus à vobis, sequitur, Quę est ergo merces mea, vt prædicans sine sumptu ponam Euangelium 1.Cor.11

gelium Christi.

1. Cor. 16 Rursus etiam ipse procurabat ab ecclesijs de Achaia, ad donandum pauperibus de Iudæa, ob quam caussam collectas fieri faciebat, & fideles ad hoc efficaciter inducebat.

Item, Qui parce seminat, parce metet. 2. Corinthiorum. 9

1. Thess. 2 Dabat proximis verba Dei, quibus copiosissime abundabat: Imo etiam seipsum eorum vtilitatibus dedicabat. Volebamus tradere vobis nõ solum Euangelium, sed & animas nostras, propterea quod chari nobis facti estis.

2. Cor. 12 Sic & Corinthio. Ego ipse libentissime impendam, & superimpendar pro animabus vestris.

Profectio Pauli. Mira insuper de corpore suo fecit proximis ad fidẽ & salutem cõuertendis, prędicando, videlicet, disputãdo, discurrendo á Damasco in Arabiã, in Hierusalem, in Antiochiã. Deinde nunc iussu spiritus sancti cũ Barnaba de Antiochia in Ciprũ Inde nauigantes per Ciliciã, & post euntes in Persidam, Iconium, Licaoniã, constituerunt presbyteros per singulas ecclesias. Et tandem post factũ multiplicem fructum, Antiochiam redierũt. De his habetur in Actib. Postmodũ vero Paulus volens visitare fratres, quibus prędicauerat verbũ dei, assumpto Sila in socium profectus est in Syriam & Ciliciam. Inde transiẽs Phrygiæ & Galatię regionẽ, venerunt Misiam, & postea vocatus in Macedoniam nauigauit. Et tunc Philippus Thessalonicę, & in multis alijs ciuitatibus, regionis illius, multũ fructum faciẽs. cõsequẽter peruenit Athenas, vbi cum Philosophis curiosis salubriter disputauit. Ex quo transtulit se Corinthum, & ibi multum populum domino acquisiuit. Inde profectus est Ephesum, & ingressus Synagogas

Act. 14

nagogas, disputauit cum Iudęis. Inde egressus descendit Cæsaream, de Cęsarea venit Antiochiam, & facto ibi aliquanto tempore, profectus est Galatiā regionē, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Et postea, peragratis superioribus partibus, iterū venit Ephesum, ibiq; biēnio commoratus disputans & suadēs de regno Dei, fecit vt oēs qui habitabāt in Asia, audirēt verbū domini, tā gentiles q̃ Iudæi. Inde reuersus per Macedoniā & Troadē, & Miletum, & per plures alias ciuitates & insulas transiens applicuit Tyro, & de Tyro Ptolomaidā, & Cęsaream iter faciens. Deinde Hierusalem cum multa flagitatione peruenit. Vbi comprehensus à Iudęis, tractus & verberatus fuit, & coram diuersis iudicibus nequiter accusatus, à manifesto grauamine Cæsarē cōpulsus appellare. Traditus autem Centurioni post naufragia & numerata pericula ad vrbēRomanā catenis vinctus accessit, ibiq; prędicationi ac doctrinæ insistens, ire etiam in Hispaniā proponebat. Ecce quomodo amabat illos, pro quibus tot & talia sustinebat. Vnde ait. Omnia, charissimi, ad ædificationem vestram.

2. Cor. 12

Apparent etiā signa dilectionis, cū quis vult sustinere, vel pati grauia pro amicis. VndeEcclesiastici dicitur. Amicum salutare, non confundaris. Et si mala tibi euenerint, per illum sustine.

Eccli. 22

Ex iā dictis veroPaulū mira sustinuisse liquet, pro vtilitatibus proximorū. Vnde ait. Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutē cōsequantur. De hoc require in cap. De tribulatiōibus. Ibi enim de his multa inuenies.

Magnā dilectionē ad proximos habuisse Ioannem Euāgelistam, patet ex verbis suis. Ex abūdantia enim cordis, os eius loquebatur, quando

dilectionẽ, vel charitatẽ toties repetebat. Sicut apparet pręcipue in prima epistola cap. 3. &. 4.

CAPVT XLII.

De Inuidia.

Sapi. 2 INuidia diaboli, mors intrauit in orbẽ terrarũ. Quia scilicet, vidit diabolus hominẽ in statu fœlici esse, & ad illũ posse ascendere, vnde ipse corruerat. Ideo tentauit hominem & vicit.

Gen. 4 Inuidia motus Cain, fratrẽ suũ Abel occidit, quando vidit munera acceptari à deo, & nõ sua.

Gen. 26 De Isaac dicitur. Benedixit illi dominus & locupletatus est homo. Ob hoc inuidentes ei Palestini. Per hoc patet, quod prosperitas hominis causat inuidiam malis, occasionaliter tamen.

Gen. 30 Rachel sterilis sorori fœcundæ inuidit. Ecce quomodo inuidia, nec propinquis parcit.

Gen. 37 Fratres Ioseph inuidebant ei animo pessimo & crudeli, videntes quod à patre plus cũctis fratribus amaretur, & audientes somnia quæ narrabant. Et nota ibidem, ad quantum facinus ex illa inuidia proruperunt.

Num. 11 Cum duo viri propherarent in castris, Iosue quasi inuidens dixit. Domine mi Moyses, prohibe eos, at ille. Quid æmularis pro me?

Num. 12 Maria soror Moysi & Aaron, loquuti sunt cõtra Moysen dicentes. Non per solum Moysen loquutus est dominus. Ex quo apparet, quod inuidus non parcit beneficijs, vel propinquis. Moyses enim eorum frater erat, & per eum grandem recipiebant honorem.

1. Re. 18 Percusso Philistęo cantabant mulieres. Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Iratus est autẽ Saul nimis, & displicuit ei sermo iste.

2. Re. 17 Vidẽs Achitophel quod nõ factũ fuerat secundum consilium suum, sed magis secundũ Chusai,

abiẽs

abiens in domum suam suspendio interijt.

Ædificantibus templum filijs Iuda, post reditum de Babylone, gentes quæ erant in circuitu doluerunt, & eos multipliciter impedierunt. 1. Esd. 3

Audierunt Sanaballath & Tobias, quod venisset homo, qui quæreret prosperitatem filiorũ Israel, contristati sunt afflictione magna. Neem. 2.

Daniel superabat omnes principes & Satrapas. Vnde omnes principes & Satrapæ quærebant occasionem, vt eruerent Danielem ex latere regis. Dan. 6

Alchinus videns charitatẽ Iudæ & Nicanoris ad inuicem, venit ad Demetriũ, & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Iudamq; regis insidiatorem, successorem sibi destinasse. 2. Mac. 14.

Videntes principes sacerdotum & scribę mirabilia, quæ dominus faciebat, & pueros clamantes Hosanna filio Dauid. Indignati sunt. Mat. 21 Luc. 19

Frater filij prodigi, audiens festum quod faciebat pater adolescentiori filio reuertenti, indignatus est, nolebat introire. Luc. 15.

Ab Ioanne Baptista longe fuit inuidia relegata, ad quem cum venirent discipuli, & dicerent quod Christus baptizaret, & omnes irent post eum, respondit. Amicus sponsi &c. In hoc ergo gaudium meum impletũ est, illũ oportet crescere me vero minui &c. Ioan. 3

Quidam Iudæi qui viderant Lazarum à Domino suscitari, abierunt ad Pharisæos & dixerũt. Quid facitis? Vnde Pontifices & Pharisæi collegerunt concilium. Ioan. 11

Ad tam immane scelus, principes sacerdotũ ex inuidia proruperunt, quod legitur. Sciebat Pilatus quod per inuidiam tradidissent eum, summi sacerdotes, videlicet, ipsum dei filium dominum Mar. 15

Iesum Christum.

Act.4 Petro & Ioanne loquentibus ad populum, superuenerunt sacerdotes & magistratus populi & Saducæi moleste ferentes, quod docerent populum.

Act.5. Exurgens princeps sacerdotum & omnes q̃ cum illo erant, videntes signa quæ per Petrum fiebant: repleti sunt ex æmulatione, & iniecerũt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

Act.6 Audiẽtes verba Stephani Iudęi, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum, dolentes quod non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur.

Act.13. Conuenit penè vniuersa ciuitas audire verbũ dei, quod Paulus & Barnabas prędicabant. Videntes autem Iudęi, repleti sunt zelo.

Act.17 Ex Thessalonicẽsibus, Iudęis & gẽtilibꝰ crediderũt multi viri & mulieres nobiles nõ paucę: zelantes autẽ Iudęi concitauerunt ciuitatem.

CAPVT XLIII.

De correptione fraterna.

Gen.21 CORripere proximum, vel reprehendere est opus misericordiæ. Vnde postquam iurauerat Abraham Abimelech, quod faceret ei misericordiam, continuo sequitur. Quod increpauit Abimelech.

Gen.13 Charitatiue & mansuete compescuit Abrahã iurgium, quod erat inter pastores suos, & pastores nepotis sui Loth.

Gen.19 Dulciter & benigne increpabat Loth Sodomitas, licet illi non acquieuerint ei.

Gen.37 Ruben & Iudas temperauerunt furorem fratrum suorum, ne occiderent Ioseph.

Exo.2 Moyses iniuriantẽ Hebræũ charitatiue corripuit,

puit, sed ille pro malo habuit, & ad iniuriosa verba prorupit. Nunquid occidere me vis?

Videns Iethro populum expectātem iudicari per Moysen dixit. Stulto labore consūmeris. Et nota. Quomodo tantus homo gentilis hominis monitioni acquieuit. Exo.18

Phinees filius Eleazari & cæteri nuncij fratres suos, qui ædificauerant altare in scandalum filiorum Israel, discrete arguerunt, & satisfactionē libentissime susceperunt. Iosue.22.

Miserunt nuncios filij Israel ad tribum Beniamin, qui dicerent. Cur tantum nephas in vobis repertum est? Tradite homines, qui hoc flagitiū perpetrauerunt. Iudic.20.

Increpando Ionathas patrem suum Saul, pro iniqua persequutione Dauid, eius maliciā aliqualiter in principio temperauit. 1.Re.19

Volēs Abigail arguere virum suum super duritia quam ostenderat nuncijs Dauid, noluit quidem statim dicere post prandium, sed expectauit tempus oportunū solum vsq; ad crastinum, cum prius vinum bibitum digessisset. 1.Re.25

Abner bene arguebat Asahel, qui nimis vrgebat persequendo eum, sed ille audire contempsit & propter hoc occisus fuit. 2.Re.2.

Nota, q̄ discrete arguit Nathan propheta Dauid, cum peccasset, adulterium & homicidiū cōmittendo, non enim cum furore dixit. Pessime fecisti, sed assumpta similitudine congrua illaqueauit eum verbis oris sui. 2.Re.12

Cum magno zelo arguit Helias populum dicens. Si dominus deus est, sequimini eū. Vt quid claudicatis in duas partes? 3.Re.18

Reprehensurus regem Achab, regem Israel, vir quidam de filijs prophetarū, proposuit ei similitu- 3.Re.20

militu-

militudinē, per quam cognouit rex peccatū suū.

4.Re.3 Cum magna libertate dixit Eliseus ad Ioram regem Israel, exercitu circumstante. Si non erubescerem vultum Iosaphat, non attendissem te, nec respexissem.

2.par.26. Sacerdotes restiterunt Oziæ regi Iuda volenti adolere incensum & dixerunt. Non est tui officij vt adoleas incensum.

1.Esdræ 9.&.10. Cum magno ardore corripuit Esdras filios transmigrationis, qui duxerunt alienigenas contra legem.

Neem.5 Neemias audiens clamorem populi, propter grauamina, quæ patiebatur â diuitibus, increpauit optimates & magistratus. Idem facit, pro eo, quod multi portando onera, diem sabbati prophanabant.

Tob.2 Irridebant Tobiam parentes & cognati eius, at ipse increpabat eos dicens. Nolite ita loqui, filij sanctorum sumus &c.

Iudith.8 Audiens Iudith propositum ciuium suorum, quod post quinq; dies volebant ciuitatem tradere Assyrijs, reprehēdit eos sermonibus fidelibus & discretis.

Dan.5. Daniel valde discrete arguit regem Balthasar exemplo patris sui. Et nota q̄ patienter rex illum audiuit, licet dixisset contra eum, et postea ipsum magnifice honorauit.

Matt.3 Luc.2 Cū miro furore dicebat Ioannes Baptista phariseis et Saduceis. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere â ventura ira.

Mat.14 Mar.6. Dicebat Ioannes Herodi adulterāti cū Herodiade vxore fratris sui. Nō licet tibi illam habere

Mat.16 Indiscrete, licet pie, voluit dominū Petrus increpare, cum diceret. Oportere eum pati â principibus: sed Dominus dure respondit. Vade

post

post me Sathana.

Verã & certã dedit dominus regulã Petro de correctione fraterna. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Mat. 18

Vnus de his latronibus qui pendebãt, blasphemabat dominum Iesum, respondens alter increpabat eum dicẽs. Neq; tu times deum &c. Nos digna factis recepimus, &c. Luc. 23

Pulchre àrguebat & conuincebat Pharisæos ille cæcus natus, à Domino illuminatus, dicens. Mirabile quiddam est, quod vos nescitis vnde sit ille homo, & aperuit oculos meos. A sęculo non est auditũ, quod aperuerit quis oculos cæci nati, nisi hic esset à deo, non potuisset facere quicquã. Ioan. 9

Videns Petrus quosdam Iudæos admirantes & discipulos deridentes. Discrete & confidẽter arguit illos & instruxit, & ad fidem conuertit. Act. 2

Simile accidit cap. 13. Acto. Post sanationẽ claudi, & culpas eorum ipse ostẽdit & aliqualiter excusans eos, multa dulcia verba dixit, ita quod conuersi fuerunt quinq; millia hominum.

Durissime increpauit Petrus Ananiam & Saphiram, pro eo quod fraudauerãt de pretio agri, quod vendiderant, & partes ad pedes apostolorum posuerant. Act. 5.

Stephanus in consilio Iudęorum existens confidenter increpabat eos dicens inter cætera. Duri ceruice, & incircuncisi corde et auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita et vos. Quem prophetarum non persequuti sunt patres vestri? Act. 7

Paulus intuens Elymam magum, qui nitebatur auertere proconsulem à fide, dixit illi. O plene omni dolo, et omni fallatia fili diaboli, et inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini Act. 13.

mini rectas?

Act.5 Simonem magum pro dono Dei pecuniam offerentem, Petrus terribiliter increpauit, dicens. Pecunia tua tecum sit in perditionem.

Rom.2 Miro discretionis modo, Paulus arguit Romanos ex gentilibus & Iudæis conuersos, qui superba commotione volebant se alterutrum supponere. Ostendit autem vtrosque peccasse & gloriosa dei misericordia indigere. Nam & gentiles legis naturalis, & Iudæi legis Mosaicæ fuerant transgressores. Causati sumus, inquit, Iudæos & Græcos, id est, Gentiles & circūcisos omnes sub peccato esse.

1. Cor.5 Corinthios arguit de hoc præcipue, quod Christus in eis diuidi videbatur, dicēte vno. Ego sum Apollo, alio ego Cephæ. Ita etiam, quia dissimulabant inter se fornicatorem, qui tenebat nouercam suam.

1. Cor.6 Item, quia apud infideles iudices de secularibus negotijs litigabant.

1. Cor.11. Reprehendit eosdem circa Eucharistiæ sumptionem.

Et de errore circa mortuorum resurrectionē. Cap.15.

2. Cor.11 Eosdem increpat de hoc præcipue, quod illi multa grauia à pseudoapostolis sustinebant, & ipsum non habebant in tanta reuerētia vt debebāt. Sustinetis, inquit, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit &c.

2. Cor.12 Itē. Ego debui à vobis cōmēdari, nō enim minus feci ab his, qui sunt supra modū Apostoli.

Gala.3. Galatas acriter & feruenter arguit super hoc, quod post acceptam veritatem Euangelij, volebant ad circuncisionem & legales oblationes reuerti. O insensati, ait, Galatæ. Quis vos fascinauit?

nauit? &c.

Audierat Apostolus quosdam de Thessalonicensibus ambulare in quiete, nõ operãtes, sed curiose agentes. Iccirco corripi tales mandauit. 2. Thess. 3

CAPVT XLIIII.

De compassione habenda ad proximum.

AVdiens Abraham captum esse Loth nepotem suum, celeriter & viriliter succurrit ei. Gen. 14

Ruben & Iudas resistebãt cæteris fratribus volentibus occidere Ioseph, quamuis non reduxerint eum ad patrem, tamen minus male actum est ei. Gen. 37

Gedeon compatiens socijs fugatis, petiuit panes pro eis. Iudic. 8

Licet filij Beniamin, filios Israel grauissime offendissent, propter illorum tamen excidiũ omnes eleuata voce, vlulatu magno fleuerunt. Iudic. 21

Lugebat Samuel Saul, licet sciret eum à Deo proiectum. 1. Re. 15

Compatiens Dauid lassis socijs, quia ad bellum ire non poterant, constituit, quod æqua pars esset descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas. 1. Re. 30

Doluit Dauid de occisione Absalom, licet ille multũ offendisset eum. Sed sciebat Dauid eum in anima fuisse damnatum. 2. Re. 18

Helias benigne accepit verbum mulieris satis durum, & pro filio eius mortuo dolori illius cõpatiens efficaciter orauit. 3. Re. 17

Cum Iezabel occidisset prophetas Domini, Abias abscondit centum ex eis, & pauit eos diebus multis. 3. Re. 18

Pie cõpassus fuit Elizęus viduę debitis obligatæ, & augmẽtauit ei modicũ olei, qđ habebat. 4. Re. 4.

Non

4.Re.8 Non ſolum pro pręſentibus malis compatiendum eſt proximo: Sed etiam futuris. Vnde Eliſęus videns Azahel, qui mala facturus erat filijs Iſrael, cœpit flere.

2.Par.23 Cum cepiſſent filij Iſrael de viris Iuda ducenta millia mulierū et puerorū, pepercerunt eis, & veſtitos atq; refectos ad propria remiſerunt.

Neem.1.2 Audiens Neemias miſerabilem ſtatum ciuitatis Hieruſalem, fleuit diebus multis, tandē conſilium adhibuit, et auxilium oportunum.

Tob.1.2 Cum regnaret Sēnacherib, et filios Iſrael exoſos haberet. Tobias pergebat quotidie per oēm cognationē ſuā et conſolabatur eos, eſuriētes alebat, nudis veſtimenta prębebat et mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat.

Hiob.29 Magnam compaſſionem beatus Hiob habebat ad proximos, qui dicebat. Auris audiens beatificabit me. Ego quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor, benedictio pupilli ſuper me veniebat, et cor viduæ conſolatus ſum.

Eſth.7 Nuntiata regíne Eſther ſententia crudeli, contra populū ſuū lata, non aliter ſumpſit negotium q̄ ſi fuiſſet vna de populo, licet eſſet ſecura de tali ſententia tanquam ſponſa regis dilecta.

Hiob.2 Audiētes tres amici Hiob omne malum quod accidiſſet ei, venerunt vt conſolarentur eum. Sed cum non intelligerēt cauſſam ſuę afflictionis, fuerunt ei poſtea oneroſi.

Eſaię.21 Non ſolum iuſtis in afflictione poſitis compatiendum eſt, ſed etiam peccatoribus & iniuſtis. Vnde dicebat Eſaias. Propter deſtructionem Babylonis, repleti ſunt lumbi mei dolore; anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis.

Eſa.22 Videns in ſpiritu idem calamitatem ſuperuenturam

turam populo suo dicebat. Recedite, amarê flebo Nolite incumbere vt consolemini me super vasti tate filiæ populi mei.

Dolens Abdemelech Æthiops quod Hieremias propheta missus erat in lacum Leonum, in quo non erat aqua sed lutum, procurauit apud regem vt extraheret illum. Hier.38

Cum scripsisset Baruch verba comminationis ex ore Hieremiæ, dixit. Vę mihi misero, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo. Et tamen dicebat populus, qđ Baruch incitaret Hieremiam aduersus eos, vt traderentur in manus Chaldęorum. Hie.43.45

Cũ reuelasset dñs Ezechieli peccata, quę popul⁹ Israel faciebat, & pœnas quas passurus erat, fuit amaricatus, tristis, & gemebundus. Ezech.3.9

Rex Darius sciens Danielem positum in lacũ Leonum, præ dolore dormiuit incænatus cibiq; non sunt illati coram eo. Insuper & somnus recessit ab eo. Dan.6

Magnũ dolorẽ habuit Onias sacerdos quãdo vidit tẽplũ per Heliodorũ debere spoliari, & deposita viduarũ & pupillorum auferri. 2.Mac.3.

Antiochus rex nobilis, licet specialiter esset malus, tamen audiens Oniam summum sacerdotem inique fuisse occisum, flexus ad misericordiã, lachrymas fudit. 2.Mac.2

Accedentes discipuli ad Dominum, rogabant eum pro muliere Chananęa dicentes. Dimitte eã quia clamat post nos. Mat.15

Contra nolentes compati proximo, & ex corde remittere, inducit dominus parabolam de seruo nequam, cui mille talenta fuerunt remissa, & noluit dimittere conseruo suo centũ denarios. Mat.18

Ad hoc quod homo libenter cõpatiatur pro- Mat.25

ximo et misereatur ipsius, multum facit quod specialiter fiet disputatio de operibus misericordiæ in iudicio.

Luc. 7 Cum vidisset dominus flentem viduam cuius filius efferebatur defunctus, misericordia motus super eam, dixit. Noli flere, & mortuum illius filium suscitauit.

Mat. 14 Mar. 8. Misertus est dominus turbę indigēti, quia pedestris sequuta eum fuerat in deserto.

Luc. 10 Samaritanus ille, super sauciato misericordia motus, alligauit vulnera eius, infundēs oleū et vinum & curā illius egit, & pabulum fecit haberi

Luc. 19 Videns Dominus ciuitatem Hierusalem, & considerans mala, quæ futura erant postmodum, & passura, fleuit super eam dicens. Si cognouisses & tu &c.

Ioan. 11 Vt vidit Iesus Mariam plorantem, & Iudęos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu & turbauit seipsum, & lachrymatus est.

Ioan. 9 Etiam pendens Saluator in cruce habuit curā matris, quam sciebat in anima crucifigi. Mulier, dixit, ecce filius tuus, ostenso Ioanne.

Act. 9. Cū venisset Petrus in Ioppen, vidit flētes viduas pro morte Tabithæ, quæ faciebat eis tunicas & vestes, & ponens genua sua orauit, & cū vocasset eā, sanctis & viduis assignauit viuam.

Act. 17 Paulus cum esset Athenis, incitabatur spiritus eius, in eo quod ipse videbat idololatrię deditam ciuitatem.

Act. 27 & . 28. Barbari non modicam præstabant humanitatem Paulo & socijs eius. Accensa enim ei pyra reficiebant omnes propter imbrem, qui imminebat & frigus, ipsi vero eius bene indigebant, qui de naui confracta euaserant tempore hyemali, & quosdam oportuit natare, alij vero super tabulas

bulas fuerunt asportati.

Cum tanta spiritus anxietate compatiebatur Paulus fratribus, & cognatis suis pereuntibus, quod ipse dicebat. Tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse Anathema esse à Christo, pro fratribus meis qui sunt cognati secundum carnem. Rom.9

Et Galatis Filioli mei, quos iterum parturio Gala.4

CAPVT XLV.

De hospitalitate exhibenda.

Nota de Abraham, quàm celeriter, quàm lętanter angelos hospitio receperit, & ipsis ea, quæ videbantur necessaria, peregrinis parari fecit. Gen.18

Item de Loth attẽde, quomodo angelos suos putabat esse homines transeũtes, honorauit, obnixe rogauit, & eis necessaria benigne offerens domũ suã contra incursantes defendit, vt potuit Gen.19

Prompta ad hospitalitatem videbatur Rebecca, quæ dixit seruo Abrahæ. Palearũ & fœni plurimum est apud nos, & locus spaciosus ad manẽdum. Et paulo post dixit eidem Laban: Pręparaui domum, & locum camelis. Gen.24

Sine magna prece Iethro recepit peregrinum Moysen hospitio. Postmodũ autẽ filia eius et nepotes sui, fuerunt per illũ magnifice honorati. Exo.2

Testatur Moyses dicens. Dominus deus noster amat peregrinũ, & dat ei victum & vestitũ, & vos quoq; amate peregrinos quia & ipsi fuistis aduenæ. Deut.10

Exploratores, quos misit Iosue accepit hospitio Rachab meretrix liberaliter, & curata est fideliter. Iosue.2

In Gabaa Beniamin, non inuenit locum Leuites, qui eum hospitio reciperet, nisi quendam Iudic.19

ſenem de opere venientem.

3.Re.17 Helias ſuſcitauit filium mulieris, apud quã ſuſtentabatur.

4.Re.4 Mulier Sunamitis Eliſęum tranſeuntem hoſpitio ſuſcepit, hinc ei filium impetrauit & eundem mortuum reſuſcitauit.

Hiob.31 Bonus hoſpitalarius erat Hiob, qui dicebat. Foris non manſit peregrinus, hoſtium meum viatori patuit.

Mat.10 Luc.10 Quando miſit ſaluator diſcipulos ad prædicandum, in illis ſeipſum recipi aſſeruit & audiri. Qui vos recipit, me recipit, qui vos audit, me audit. Qui vos ſpernit, me ſpernit.

Eodem Ioan.12 Ambulans per mundum dominus Ieſus, non habebat vbi caput reclinaret. Martham vero ſpecialem hoſpitam legitur habuiſſe.

Luc.19 Gaudens accepit dñm Zacheus in domo ſua & dñs ipſum magis gaudentẽ effecit, quando dixit. Hodie ſalus huic domui facta eſt.

Luc.24. Exemplo duorum diſcipulorum, qui dominũ in ſpecie peregrini coegerunt ad manendum, apparet, quod peregrini non ſolum vocandi ſunt ad hoſpitium, ſed compellendi.

Act.10 Apoſtoli hoſpitabantur, vt plurimum in domibus artificum, & hominum mediocrium. Vnde legitur de Petro. Hic hoſpitabatur apud Simonem quendam coriarium, cuius domus eſt iuxta mare.

Act.18. Item de Paulo, manebat apud Aquilã & Priſcillam quia erat eiuſdem artis.

Act.16 Obnixe & inſtanter deprecata eſt Lydia purpuraria Paulum et ſocios eius, vt manerent apud eam in domo ſua, & coegit eos &c.

Act.28 Cum euaſiſſent Paulus & ſocij eius de confracta naui, Publius princeps inſulæ illius ipſos ſuſcipiens

piẽs, triduo benigne hoſpitiũ exhibuit. Paulus autẽ patrẽ ipſius febribus & diſſenteria laborantẽ, oratione & manuum impoſitione ſanauit.

Vrbana fiducia vtebatur Paulus ſcribens Philemoni, cum dixit. Para mihi hoſpitium, nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.

Inter cætera ad quæ ſpecialiter Paulus inducit Hebręos, eſt hoſpitalitas. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim quidã placuerũt angelis. Heb. 13

Cõmendat Gaiũ beatus Ioannes in tertia ſua Epiſtola dicens. Chariſſime, fideliter facias quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos.

CAPVT XLVI.

De Amicitia.

Vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, Laban fecit nuptias, et dedit filiam ſuam Rachel nepoti ſuo Iacob. Gen. 29

Loquebatur dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet homo ad amicum ſuum. Exo. 33

Ruth adhæſit ſocrui ſuæ Noëmi, & dixit ei. Quocunq; perrexeris, pergã, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Ruth. 1

Anima Ionathæ colligata eſt animæ Dauid, et dilexit eum Ionathas, quaſi animam ſuam. Nam expoliauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, et dedit eam Dauid. 1. Reg. 18

Signum fuit fidelis amicitiæ, licet indiſcretæ, quod armiger Saul videns dominum ſuum mortuum, mortuus eſt cum eo. 1. Re. 31

Miſit Abner nuntios ad Dauid dicẽs: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſrael. 2. Re. 3.

Chuſai Arachites amicus Dauid, venit ad Abſalon & diſſipauit conſilium Achitophel. 2. Re. 18

Propheta Iehu dixit Ioſaphat regi Iuda, qui 2. par, 19.

inierat fœdus, & venerat ad prælium cũ Achab rege Israel. Impio prebes auxiliũ, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris. Et iccirco iram domini merebaris.

Esth.5 Aman superbus conuocauit ad se amicos, & exposuit illis magnitudinẽ diuitiarũ suarũ & filiorum turbam, & quanta eum gloria super omnes principes rex eleuasset.

Hiob.2.6 Audiẽtes tres amici Hiob omne malũ quod accidisset ei, venerũt singuli de loco suo, vt visitarẽt eum, & consolarentur. De his tamẽ dixit postea: Subuertere nitimini amicum vestrum.

1.Mac.7. Alchimus proditor & impius, concitauit regem Demetrium aduersus Iudam Machabæum, pro quo dixit ei: Perdidit Iudas, & fatres eius, amicos tuos.

1.Mac.10 Rex Alexander misit epistolã Ionathæ, nũtiauitq́ꝫ ei dicens: Audiuimus de te, quod sis vir potens viribus, & aptus, vt sis amicus noster.

1.Mac.11. Accepit Ionathas aurum & argentum, et alia xenia multa, & dedit Demetrio, & inuenit gratiam in conspectu eius, & fecit eum principem amicorum.

Vidit Ionathas, quia tempus eum iuuat, misit viros Romam statuere et renouare cum Romanis amicitiam.

1.Mac.10 Postquam Alexander percussit Demetrium, misit ad Ptolomæum regem Ægypti legatos vt statueret amicitiam ad inuicem, & daret ei filiam suam in vxorem.

2.Mac.6 Propter veterem amicitiam, quam habebant ad Eleazarum, quidam astantes attulerũt carnes, quibus vesci licite poterat, vt simularet se de sacrificij carnibus manducasse, & sic euadere posset mortem.

Lysias

Lyſias intelligens inuictos Iudæos dei omni potentis auxilio, miſit ad eos, promiſitq; ſe regē compulſurum, amicum fieri. 2. Mac. 11

Laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, acquirendo amicos de bonis domini. Concludens per hoc, quod facere debemus amicos, qui poſſint recipere nos, quādo nos in morte deficere oportebit. Luc. 16

Ponit dn̄s exēplū de illo, qui media nocte vadit ad amicum, vt petat aliquid ab eo. Luc. 11.

In paſſione Domini Herodes & Pilatus facti ſunt amici. Luc. 23.

Cōmota ciuitate Epheſo & confuſa, quidam de Aſię principibus qui erāt amici Pauli, miſerūt ad eū, rogantes ne ſe daret in theatrum. Act. 19

CAPVT XLVII.

De inimicitia & odio.

POſt peccatū primorū parentū ſtatim poſuit deus inimicitias inter ſerpentem & mulierem, & inter vtriuſq; ſemen. Gen. 3

Rixati ſunt paſtores de Gerare, aduerſus paſtores Iſaac, pro puteo quē foderunt. Icci rco appellauit Iſaac puteum inimicorum. Gen. 26

Oderat ſemper Eſau Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitq; in corde ſuo. Veniet dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Gen. 27

Dixitq; Iacob Simeon et Leui. Turbaſtis me & odioſum feciſtis Chananęis & Pherezeis, habitatoribus terræ. Gen. 34

Vidētes fratres Ioſeph quod à patre plus cunctis amaretur, oderant eum, nec poterāt ei quicquam pacifice loqui. Gen. 37

Oderant filios Iſrael Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinē producebant Exo. 1

vitam eorum.

Num.25. Dixit dominus ad Moysen. Hostes vos sentiãt Madianitæ, & percutite illos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & receperunt insidijs per Idolum Phegor.

Iosue.10 Adonisedech rex Hierusalẽ, & quatuor alij reges obsederunt Gabaon, vt expugnarent eã, pro eo quod transfugerãt Gabaonitæ ad Iosue & ad filios Israel, & inierant fœdus cum eis.

Iudic.11 Perrexerunt maiores natu de Gabaa ad Iephthe, dicentes. Esto princeps noster. Quibus ille respondit. Nonne vos estis qui odistis me? & de domo patris mei deiecistis me, & nũc venitis ad me in necessitate?

Iudic.14 Fũdebat apud Samson Dalida lachrymas, & conquerebatur dicens. Odisti me, & non diligis. Iccirco problema non vis indicare mihi.

1.Re.18 Videns de Dauid Saul, quod populus alte sentiebat, & quod in omnibus prudẽter & strenue se habebat: factus est inimicus eius cũctis diebus

2.Re.4. Duo latrones qui occiderãt Isboseth, dixerũt ad Dauid. Ecce caput filij Saul inimici tui, sed male fuerunt stipendiati.

2.Re.8. Thoi rex Hemath audiens quod Dauid expugnasset Adadezer hostem suum, misit ad eum filium suum, & gratias egit ei.

2.Re.13 Postquam Amnon filius Dauid oppresserat Thamar sororẽ Absalon, exosam eã habuit odio magno nimis, ita vt maius esset odium quo oderat eam amore, quo ante dilexerat.

3.Re.11 Tres aduersarios suscitauit dominus Salomoni, postq̃ à Deo per peccatum recessit (videlicet) Adad Idumæũ, Rason filiũ Heliada, et Hieroboam seruum suum.

3.Re.18 Heliam prophetam persequuta est impia Iezabel vxor

bel vxor Achab, propter prophetas Baal, quos fecerat occidi.

Cum Helias argueret Achab, pro iniqua morte Naboth, ait Achab ad Heliam. Vnde inuenisti me inimicum tibi? Qui dixit, Inueni. 3. Re. 21

Dixit Achab ad Iosaphat regē Iuda. Remansit de ꝓphetis dñi Michęas filius Ietala, sed ego odi eū, quia nō ptophetat mihi bonum, sed malum. Eodem

Audierunt hostes Iudæ & Beniamin, quia filij captiuitatis ædificauerūt templū domino deo Israel, & noluerunt ædificare cum eis. 1. Esd. 3

Raguel & Anna vxor eius, benedixerūt Dominū, quia fecerat cum eis misericordiā suam, & excluserat ab eis inimicum persequentem eos. Tob. 8

Amputato capite Holofernis dixit Iudith, tacentibus vniuersis: Laudate dominum deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, & interfecit in manu mea hostem populi sui, & proferens caput Holofernis ostendit eis. Iudith. 3

Conquerentes de Aman superbissimo, Esther dixit Assuero: Hostis & inimicus noster pessim⁹ est ille Aman. Esther. 7

De Iuda Machabæo dicitur: Repulsi sunt inimici præ timore, & operarij iniquitatis cōturbati sunt, & directa est salus in manu eius. 1. Mac. 3

Ptolemęus rex Ægypti voluit dolo obtinere regnum Alexandri, & manifestę factæ sunt inimicitiæ eius. 1. Ma. 11

Cognouit Simeon, quod Tryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ & centum talenta argenti, iussit tamen dare argentum & pueros, ne inimicitiam magnā sumeret ad populum Israel, dicentem: Quia non misit argentū propterea perijt. 1. Ma. 13

Herodes & Pilatus antea inimici, facti sunt Luc. 23.

amici in passione Christi.

CAPVT XLVIII.

De pace & concordia.

Gen.1 ALia aĩalia in principio fecit deus duplicia (scilicet) mascu'um & fœminã. Hominẽ aũt fecit vnũ, & ex illo sunt oẽs & singuli procreati, vt (scilicet) Vnitatem pacis & concordiæ commendaret in homine.

Gen.13 Diuitiæ & copia rerum tẽporalium, sunt plerumq; materia & occasio iurgiorum, sicut apparet de pastoribus Abraham & Loth & de Isaac, & pastoribus Gerare.

Gen.25 Gratanter faciunt homines pacem, & ineunt fœdus cum potentibus & magnis hominibus. Hinc est, quod Abimelech venit ad Isaac, quando vidit eum prosperari.

Gen.28 Cedendum est interdum furori maiorum, sicut fecit Iacob, recedens à fratre Esau, donec requiesceret furor eius.

Iosue.9 Audientes Gabaonitæ, quæ fecerat Iosue Hiericho, & Hai. Venerunt ad eum, & serui ipsius beneplacitam pacem fecerunt.

Iosue.22 Phinees & cæteri legati ad filios Ruben missi, audientes excusationem eorum placati sunt & verba eorum libentissime susceperunt.

2.Re.18 Quãuis Absalom nimis nequiter contra patrẽ egisset, tamen Dauid magis volebat pacẽ q̃ mortem, nam dixit. Estne pax puero Absalom?

3.Re.3 Cũ esset Dauid sanctus & placẽs deo, noluit tamẽ dominus vt ædificaret ei domum, Sed filius eius pacificus isto fuit priuilegio honoratus.

Eodem Multũ laudandus est deus, quãdo dat populo statũ pacificum & quietum, sicut fuit tẽpore Salomonis, dixit Salomon. Requiẽ dedit mihi dñs per circuitum, non est Sathan, nec occursus ma-

lus

lus. Sequitur: Benedictus dominus.

Boni hoīes habēt pacē ad inuicē, sed mali pugnāt cōtra bonos, cōtraq; malos alios. Vnde inter Roboā & Hieroboā fuit bellū cunctis diebus. 3. Re. 14

Ostensum fuit Heliæ dominū non esse in grandi vento, nec in cōmotione, nec in igne, sed in sibilo auræ tenuis, hoc est, in pace. 3. Re. 19

Benedixit populus omnibus viris, qui se spōte obtulerant, vt habitarent in Hierusalem. Nee. 11

Misit Ionathas legatos ad Bacchidē, componere pacem cum eo, & tamen ipse Bacchides fuerat dux exercitus, in quo occubuit Iudas Machabæus frater Ionathæ. 1. Mac. 9

Rex Demetrius misit epistolā ad Ionathā, verbis pacificis, vt magnificaret eū, dixit enim. Anticipemus pacem facere cum eo, priusq; fiat cum Alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum. 1. Ma. 10

Caussa pacis, quæ fuit tempore Onię, pulchrè describitur (videlicet) Idoneitas prælati prudentis & pij, & bonitas subditorum. 2. Ma. 3

Postq̄ debellatus fuit Lysias à Iuda Machabęo libēter fecit pacē cū eo. Intelligēs. n. inuictos esse Hebręos, dei omnipotētis auxilio nitentes, misit ad eos, promisitq; cōsentire omnibus, quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri. 2. Ma. 11

Tātā pacē & cōcordiā vult dn̄s erga ꝓximos nos habere, vt dixerit Petro. Peccāti fratri nō esse remittendū septies, sed vsq; septuagies septies. Mat. 18

Pacē annūciauerunt angeli in natiuitate dn̄i. Luc. 2

Item discipulos dominus pacem inter se habere præcepit. Mat. 10

Pacem iussit per discipulos nunciari. Luc. 10

Pacem eis reliquit, post resurrectionem pacē obtulit. Ioan. 14

Qui

ctus populus, vna voce. Omnia verba domini, quæ loquutus est, faciemus.

Ad faciendum opus tabernaculi domini, & sacras ministrorum vestes, obtulit omnis multitudo filiorum Israel, omnia necessaria, mente promptissima atque deuota. Exo.35

Cōgregati sunt pariter oēs filij Israel, quasi vir vnus, videlicet, ad vindicandū flagitiū in Gabaa Beniamin erga vxorem Leuitæ commissum. Iudic.20

Inuasit timor domini populū, & egressi sunt, quasi vir vnus ad succurrendum fratribus suis in Iabes Galaad obsessis. 1.Re.11

Venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Ebron, & vnxerunt eum in regem super illos. 2.Re.5

Cōuenit ad regē Salomonē vniuersus Israel, & tunc fuerunt arca & vasa sanctuarij delata in tēplum, & ipsum solenniter dedicatum. 3.Re.8

Congregatus est oīs populus, quasi vir vnus in Hierusalem, ad reędificādum templum, quod fuerat à rege Babylonis destructum. 1.Esd.3

Congregatus est omnis populus, quasi vir vnus ad plateam, Et dixerunt Esdræ, vt afferret librum legis domini. Neem.8

Cū exposuisset Achior vniuersa, q̄ dixerat Holoferni. Oīs populus communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas domino effuderunt. Iudith.7

Post mortē Iudæ congregati sunt omnes amici eius, & dixerunt Ionathæ fratri eius. Ex quo frater tuus defunctus est &c. Nunc itaque te eligimus pro eo esse nobis principē & ducem, ad bellandum bellum nostrum. 1.Mac.9

Auditis sermonibus Simonis, accēsus est spiritus populi simul, & voce magna dixerūt. Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ. 1.Ma.13

Post ascensionē domini, oēs discipuli erāt perseuerantes Act.1.2

seuerātes in oratione, cum mulieribus & Maria matre Iesu, & sic inuenit eos spiritus sanctus.

Eodem — Oēs q credebāt, pariter erāt recepto spiritu sancto, & habebāt oīa cōmunia, vnanimiter perdurātes in tēplo, & frangētes circa domos panes.

Act. 4 — Cū audissent discipuli de sanatione claudi, & respōsione Petri & Ioānis ad magistratus plebis vnanimiter leuauerunt vocē & dixerunt. Dñe, q fecisti cœlum & terram, da seruis tuis. &c.

Act. 5 — Punitis ad vocem Petri terribiliter Anania et vxore eius Saphira, factus est timor magnus in vniuersa terra, & erant omnes vnanimiter in porticu Salomonis.

Act. 4 — Multitudinis credentiū erat cor vnū, & anima vna, nec quisq̄ eorū quę possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

CAPVT L.

De discordia, lite, vel rixa.

Gen. 3. 4 — PRimā discordiā inter hoīes mouit inuidia, inter Cain & Abel. Quoniam opera Cain maligna erant, fratris autem iusta.

Gen. 13 — Substātia Abrahā & Loth erat multa, et nequibant habitare cōmuniter, vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth.

Eodem — Quia quinq; reges Sodomorū seruierāt duodecim annis Chodorlaomor regi Elamitarū, & decimotertio recesserāt ab eo. Ideo factum est bellū illud de quatuor regibus aduersus quinq;, in quo fuit Loth captus, sed per Abraham liberatus.

Gen. 19 — Viri ciuitatis Sodomæ, vallauerunt domū in qua erant duo angeli, in humana specie hospitati, & volebant illos cognoscere. Vimq; faciebant vehementissime, eo quod Loth fideliter hospites defendebat.

Gen. 26 — Factum est iurgium pastorum Gerare, aduersus

ſus paſtores Iſaac, propter poſſeſſionem ouium, & armentorum & familiæ plurimæ.

Oderat ſemper Eſau Iacob, pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitq́ in corde ſuo. Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Eodem

Fugiens Iacob cū iurgio, dixit ad Laban. Quā ob culpā meam ſic exarſiſti in me? Et ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam. Gen. 31

Occaſione Dinæ filiæ Iacob, quam Sichem filius Emor rapuit, & oppreſſit, facta eſt diſcordia magna inter filios Iacob, & habitatores terræ illius. Gen. 34

Moyſes quadam die, vidit duos Hebręos rixantes, dixitq́ ei, qui faciebat iniuriā. Quare percutis proximum tuum? Exo. 2

Cum exiſſent filij Iſrael de terra Ægypti, & tranſiſſent mare rubrum, Amelech venit, & pugnauit contra eos in Raphidim. Exo. 17

Multoties iurgati ſunt filij Iſrael cōtra Moyſen in deſerto. Primo ꝑ defectu potus: Poſtea habito vno cibo, deſiderauerūt aliū. Extediati enim māna, petierūt carnes. Itē ad aquas cōtradictionis cōuenerunt aduerſus Moyſen & Aaron filij Iſrael, vbi iurgati ſunt cōtra dominū & Moyſen. Exo. 16 Num. 11 & 14

Inter Abimelech filiū Gedeonis, & viros Sichem, qui male fecerāt eum principē, fuit magna diſcordia ſuſcitata. Ita, quod illi cœperūt eū deteſtari & rebellare ei, & ipſe eos expugnauit. Iudic. 9

Orta eſt ſeditio inter viros Ephraim & Iephthe, eo quod Iephthe vadens ad pugnā cōtra filios Ammon, illos vocare noluit, vt dicebant. Iudic. 12

Pro vxore Leuitæ in Gabaa Beniamin, & inter tribus Iſrael, tam vehemens diſcordia & prælīū fuit, ita quod illi de tribu Beniamin, exceptis Iudic. 20

quingentis

quingentis viris, penitus sunt deleti.

1.Re.18 Occiso à Dauid Philistæo, iratus est Saul contra Dauid, eo quod communiter laudabatur. Nõ rectis oculis ergo Saul aspiciebat Dauid à die illa & deinceps. Nec aliquis ex tunc potuit mollire cor Saul, quin persequeretur eum.

2.Re.3 Facta est longa concertatio inter domum Saul & domum Dauid, sed Dauid semper proficiebat & domus Saul continue decrescebat.

2.Re.18 Nimis inhonesta facta est discordia inter Absalom ambientẽ regnum, & Dauid patrem suum. Deniq; Absalom qui eam mouit, suspensus est.

2.Re.19 Rege Dauid redeunte in Hierusalem, viri Israel turbati fuerunt, eo quod viri Iuda ipsum reduxerant, aliis non vocatis.

3.Re.3. Duæ mulieres meretrices litigabant corã rege Salomone, occasione vnius infantis, quẽ vtraq; volebat habere.

3.Re.12 Mortuo Salomone, petiit populus, vt à Roboam filio eius mitius tractaretur. Quo durius respondente, recesserunt decem tribus ab eo, & fecerunt Hieroboam regẽ sibi, ex quo multa bella fuerunt inter reges Israel & Iuda.

Luc.22 Facta est contentio inter discipulos, quis eorũ videretur esse maior: sed dño non placuisse talem contentionẽ, patet per ea quæ sequuntur.

Ioan.6. Litigabãt Iudæi ad inuicẽ dicẽtes, Quomodo potest hic nobis dare carnẽ suã ad mãducandum?

Ioan.7 Murmur multus erat de dño Iesu inter turbam. Quidam enim dicebant. Non est, sed seducit turbas. Sequitur: Facta est dissentio &c.

Act.11 Baptizato Cornelio cum omni domo sua, audierunt apostoli & fratres, qui erãt ex Iudæa, quoniam gentes recepissent verbum dei. Cũ ascendisset autem Petrus Hierosolymam, disceptabant

aduer

aduersus illum, qui erãt ex circuncisione fratres, dicentes. Quare introijsti ad viros?

Paulo & Barnaba in ciuitate Iconio pædicantibus, & multa miracula facientibus, diuisa est multitudo ciuitatis. Quidam erant cum Iudæis, & quidam erant cum apostolis. Act. 14

Quidã descendẽtes de Iudęa docebãt fratres. Quia nisi circuncidamini secũdũ morem Moysi, nõ potestis salui fieri. Facta ergo seditione nõ minima Paulo & Barnabę aduersus illos, statuerũt vt consulerentur apostoli, qui erant Hierosolymis super hac quæstione. Act. 15.

Occasione Ioannis Marci, quem Paulus volebat recipere ad ministerium Euangelij, facta est dissentio inter Paulum & Barnabam, ita vt discederent ab inuicem. Attamen totum peruenit ad profectum Euangelij. Eodem

Prædicante Paulo Ephesi, etiam multa miracula faciente: facta est turbatio nõ minima de via domini. Demetrius enim quidã argentarius faciens ædes Dianæ argenteas, pręstabat artificibus non modicum quæstum, &c. Impleta est tota ciuitas confusione. Act. 19

Quidam Iudæi, videntes Paulum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt manus, clamantes: Viri Israëlitæ, adiuuate. Commota est ciuitas tota, & facta est cõcursio populi. Act. 21

Cum exclamasset Paulus in concilio. Viri fratres: ego Pharisęus sum, filius Pharisæorũ, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor? Facta est dissentio inter Pharisæos & Saducęos, & soluta est multitudo. Act. 23.

CAPVT LI.

De zelo bono contra peccatores.

Gen.34 Sæuiebant filij Iacob ob ſtuprum Dynæ ſororis, per Sichem oppreſſæ.

Exo.32 Audiens Moyſes voces cantantium, & videns vitulum & choros, iratus eſt valde, & proijciens tabulas. cõfregit eas. Et nota, q̃ grauiter puniuit populum, pro quo tam fideliter & inſtanter orauerat ante deum.

Num.25 Multum placuit deo zelus Phinees Eleazari, quando perfodit virum cum muliere Madianitę: licet eſſent magni & nobiles,

Ioſue.7 Præcepit Ioſue Acham lapidari, & totam eius ſupellectilem comburi, quia tulerat de anathemate Hiericho.

Ioſue.22 Cũ audiſſent filij Iſrael, filios Ruben & Gad, ædificaſſe ſibi altare, conuenerunt omnes contra eos, & dimicare voluerunt.

Iudic.19. &.20 Cõgregati ſunt oẽs filij Iſrael, quaſi vir vnus, ad vindicandũ grauiſſimũ ſcelus, quod cõmiſerãt viri de Gabaa Beniamin, pro vxore Leuitæ.

3.Re.18 Confidenter arguit Helias errantem populũ, & ſacerdotes Baal fecit occidi.

3.Re.19 Reprehenſus eſt Achab, eo quod Benadab regem Syriæ, virum morte dignum, indiſcrete, viuum miſit abire.

4.Re.10 Quãuis rex Iſrael Iehu ſpecialiter fuit malus, tamen multum commendatur, eo quod ſemẽ domus Achab deleuit, & prophetas Baal occidit, & ædem ipſius Baal deſtruxit.

2.Par.24 Spiritus domini induit Zachariã filiũ Ioiadæ, & ſtatit in cõſpectu populi ſculptilibus ſeruientis, & dixit: Quare tranſgredimini pręceptũ domini? quod vobis nõ proderit: et dereliquiſtis dominum, vt derelinqueret vos?

Eſd.9 Audiens Eſdras ſacerdos, Iudęos cũ gẽtilibus matrimonia copulaſſe, miro modo doluit, & gemens

mens ac eiulans, signa doloris ostendit.

Videns Neemias Iudæos ducentes vxores alienigenas, obiurgauit eos, & maledixit, & verberauit aliquos & decaluauit. Nee.13

Surrexit Matathias & dixit. Vę mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei. Sequitur postea de illius zelo feruentissimo, & mirabili probitate: quando trucidauit hominem super aram Idolis immolantem. 1.Mac.2

Onias summus Pōtifex restitit viriliter Simoni, qui volebat iniquum quid in ciuitate moliri. 2.Mac.3

Miro feruebat zelo Ioannes Baptista, quādo dicebat. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere venturam iram? Simul & quando Herodem increpabat. Mat.3 & 14

Dure increpabat dominus Scribas & Pharisæos, hypocritas, & specialiter in Mat.23. Vbi dixit eis septies. Væ vobis &c.

Sciens dominus Iesus, Pharisęos ipsum nequiter obseruare, circūspiciens eos cū ira, cōtristatus est, super cæcitate cordis ipsorum, dixitq́. Vos ex patre diabolo estis. Ioan.8 Mat.3

Pluries eiecit dominus vendentes & emētes de templo, quandoq́ cum duro verbo. Domus mea, domus orationis est, vos autē fecistis illam speluncam latronum. Ioan.2 Luc.19

Grandi zelo succensus est Petrus in Ananiam & Saphiram, quando vidit quod fraudauerāt aliquid de pretio agri. Act.5

Ex ardēti zelo proueniebat sermo, quē dixit Stephanus Iudęis. Dura ceruice, & incircūcisi corde & auribus, semper restitistis spiritui sancto. Act.7

Resistente Paulo & Barnaba, Bariesu pseudo prophetæ, dixit Paulus. O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, & inimice oīs iustitiæ. Act.13

Non desinis subuertere vias domini rectas.

Act.17 Cũ Paulus p̄dicaret Athenis, incitabatur spiritus eius, videns idololatris deditam ciuitatem.

Specialiter apparet furẽs zelus Pauli in epistola ad Galat.5. Vbi arguebat, increpabat, obsecrabat. Similiter ad Romanos nono. Secũda Corinthiorum.11. & ad Hebræos primo, &c.

CAPVT LII.

De zelo indiscreto.

Num.11 VIdens Iosue famulus Moysi, duos homines in castris prophetãtes, dixit. Domine mi Moyses, prohibe illos, at ille. Quid (inquit) æmularis pro me?

2.Re.16 Abisai Saruiæ voluit amputare caput maledicentis serui, Dauid persequutionem Absalõ patienti. Sed non permisit Dauid, vt aliquid mali inferretur illi.

4.Re.2 Filij prophetarum coẽgerunt Elisæũ, vt mitteret viros ad quærendum dominum suũ, ne forte spiritus Domini proiecisset eum in vnum montium, aut in vnam vallium.

Ionę.1.4 Ionas fugere voluit à facie domini, quãdo prę cepit ei prædicare Niniuitis: Et postmodum doluit, quando vidit quod ciuitas iuxta interitũ, quẽ prædixerat, non ruebat.

Mat.6 &.12 Cum ostendisset dominus discipulis, oportere eum multa pati à principibus Iudæorum, & occidi Petrus cœpit increpare illum dicens. Absit à te domine, non erit tibi hoc.

Luc.6 &.13 Multum zelabant Pharisæi pro obseruatione sabbati, quando videbant dominum die illo curantem infirmos.

Mat. 12 Mar.2 Itẽ quãdo videbãt discipulos eius spicas vellentes, & manibus cõfricantes. Lucæ sexto.

Mat.15 Scribæ & Pharisęi amplius zelabant, pro traditioni-

ditionibus suis, q̃ pro diuinis mandatis. Mar.7.

Item pro auro templi, populus plus zelabat, quàm pro ipso templo, & pro dono altaris, plus q̃ pro ipso altari. Mat.23

Oblati sunt dño paruuli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos, Iesus aũt ait. Sinite paruulos venire ad me. Mat.19 Mar.10

Cũ effudisset Maria pretiosum vnguentũ sup caput domini, quidam discipuli indigne ferebãt, & fremebant in eam, de perditione vnguenti. Mar.14

Ioannes apostolus prohibuit quendã eijcientẽ dæmonia in nomine domini Iesu, eo quod non sequebatur eos, cum alijs discipulis, & ait ad illũ Iesus. Nolite prohibere, qui enim non est aduersum nos, pro nobis est. Luc.9

Audiẽtes Iacobus & Ioannes, quod Samaritani nõ reciperent nuncios domini, aiũt. Domine, vis dicamus, vt ignis de cœlo descendat, & consumat illos. Et cõuersus dominus increpauit illos, & dixit. Nescitis cuius spiritus estis. Eodem

Arguit Dominus Petrum, qui amputauerat aurem seruo principis Sacerdotum, eo, quod tũc Christi non erat potentiæ ostendendæ, sed patientiæ exhibendæ. Mat.26 Luc.22

Apparet discipulos Ioannis Baptistæ, zelasse contra dominum pro magistro, quando dixerunt ei. Rabbi, qui tecum erat trans Iordanem, hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ioannes autẽ optime respondit eis. Ioan.3

Cũ auferrẽtur de ciuitate diuersi, & à Petro curarentur: Exurgẽs princeps sacerdotum, & omnes qui cum illo erant, repleti sunt zelo. Act.5

Æmulator erat paternarũ traditionũ Paulus, cõtra multos coætaneos suos, quãdo deuastabat Ecclesiã per domos intrãs & trahẽs viros ac mu- Act.8.9

lieres, & tradebat in custodiã. Vnde accepit literas à principe sacerdotũ ad synagogã, quę erat Damasci, vt si quos inueniret ibi, qui inuocarent nomen Christi, vinctos perduceret in Hierusalem.

Act. 13 Vidẽtes Iudęi, quod penè vniuersa ciuitas cõuenerat audire verbũ dei, quod Paulus & Barnabas prędicabant, repleti sunt zelo, & contradicebãt ijs, quę à Paulo dicebãtur blasphemantes.

Act. 21 Venienti Hierosolymam Paulo, dixerunt ei fratres. Quot millia sunt in Iudęis qui crediderũt? & omnes ęmulatores legis sunt. Et de talibus dicit Paulus. Testimonium quidẽ perhibeo

Rom. 10 illis, quod æmulationem quidem dei habent, sed non secundum scientiam.

CAPVT LIII.

De prudentia & discretione.

Gen. 12 ABraham veniens in Ægyptum, de vxore sua prudenter & caute zelauit veritatem, nec tamen asseruit falsitatem dicens. Soror mea est.

Gen. 20 Simile egit quando venit ad Abimelech.

Gen. 13 Prudenter separauit se Abraham à Loth, ne pastores ad inuicem litigarent.

Gen. 25 Discrete diuisit Abraham filijs suis, dum viueret portiones, ne post mortem suam ad inuicem concertarent.

Gen. 27 Rebecca sagaciter instruxit filium suum Iacob vt benedictionem patris sui consequeretur, & eũ fecit recedere à partibus illis, donec requiesceret furor fratris.

Gen. 30 Artẽ arte delusit Iacob pulchrè, qñ nolebat ei dare Laban mercedẽ, pro seruitio cõpetentẽ.

Gen. 32 Sagaciter egit Iacob, quando debuit obuiare irato fratri, quoniã munera ei misit, res suas diuisit, ne vno furoris impetu totum perderet, & res

nimis

nimis dilectas, maiori periculo exponeret.

Prudenter loquutus est Ioseph coram Pharaone ei exponendo somnium, & contra futuram famem, dando consilium. Gen. 41

Ioseph fratres suos caute deprehendit, & eis timorem incussit. Gen. 44

Bonũ cõsiliũ dedit Iethro Moysi, dicens. Prouide tibi viros potẽtes, & timẽtes deũ, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam. &c. Exo. 18

Antequam Moyses inuaderet terram promissionis, misit exploratores illuc, ad considerãdum conditiones eius. Num. 13

Exploratores, quos misit Iosue, prudenter latuerunt, donec illi, qui quęrebant eos, ad propria redirent. Iosue. 2

Magna sagacitate vsus est Iosue, insidias ponẽdo, iuxta ciuitatẽ Hai, & fugam postea simulãdo. Iosue, 8

Callide cogitãtes Gabaonitæ, voluerũt decipere Iosue, sed ille eos discrete in seruitutẽ redegit Iosue. 9

Filij Israel, Phinees, & alij nuncij, ad filios Ruben missi, discrete loquuti fuerunt, & illi eos verbis prudentissimis placauerunt. Iosue. 22

Ahud portans munera, Eglon ipsum, astute decepit. Iudic. 3

Gedeon percussit castra hostiũ, qui securi erãt & nihil aduersi suspicabantur. Iudic. 8

Iephthe per nunciosprudẽter significauit regi filiorum Ammon, quod indicebat ei bella nõ iusta, sed postea indiscretum fecit votum. Iudic. 11

Cautè deprehendit Iephthe, qui essent Ephrataei, & qui Galaaditæ, dicendo. Sebboleth, dum illi responderent Ceboleth &c. Iudic. 12

Filij Israel pugnantes contra illos de Beniamin, fugam arte simulauerunt, & sic eos à ciuitate extraxerunt, & penitus debellauerunt. Iudic. 20

1.Re.10 Dicētibus quibusdam de Saule. Vnde saluare vos poterit iste?& despitientibus eum, ille dissimulabat se audire.

1.Re.17 Magnę prudentiæ fuit, quando Dauid armatus armis Saulis cœpit tentare, si sic posset incedere contra Goliad &c.

1.Re.18 Egrediebatur Dauid ad omnia, quæcunq; misisset eum Saul, & prudenter se agebat.

1.Re.21 Dauid coram Achis simulauit se esse fatuum, & quasi furentem, vt posset fugere ab eo.

1.Re.25 Abigail prudenter placauit Dauid, iratum cōtra Nabal virum suum.

2.Re.12 Arguere volens Nathan prophetam Dauid, de excessu commisso in Vriam & vxorem, apertam parabolam de diuite, qui abstulit ouem pauperi, prudenter assumpsit.

2.Re.17 Prudēti cautela vsus est Ioab, ad hoc quod ꝑ mulierē sapientem faceret Absalom reuocari.

2.Re.20 Sapiens mulier, de Abela fecit recedere Ioab, ab obsidione ciuitatis.

3.Re.1 Audiens Batsaba, quod Abdonias volebat regnare pro patre, sapienter loquuta est ad Dauid pro se, & filio suo Salomone.

3.Re.3 Discretionem & sapientiam postulauit Salomon, quod multum placuit deo, & cum sapiētia alia multa ei concessit.

Eodem. Salomon prudenter iudicauit inter duas mulieres, de vnico filio contendentes.

3.Re.12 Rex Roboam respondit populo duro. Bono & discreto, seruorum consilio derelicto, quod ei dederant. Et loquutus est eis secundum consiliū iuuenum, & imprudenter egit.

3.Re.20 Reprehēsurus Achab regē Israel quidā de filijs prophetarū, parabolam de viro cōmendato, & male custodito. Discrete proposuit, per quam rex

rex ille peccatum ſuum manifeſte cognoſceret.

Studioſe fecit Iehu prophetas Baal honorare velle ſe fingens, & poſtea illos occidit, & altare Baal deſtruxit. 4.Re.10.

Studioſe & diſcrete Ezechias rex Iuda prohibuit. Ne populus nuncijs regis Aſſyriorum dicẽtibus blaſphemias reſponderet. Non enim expedit populum fidelem contra litigantes, infideles diſputationes, habere. 4.Re.18. Eſa.36

Ioiada Pontifex volens conſtituere regem in Hieruſalem, Ioias filium Ioram, valde caute ſe habuit & prudenter. 1.Par.36

Ezechias intelligens regem Aſſyriorum contra Hieruſalem aduẽturum, obdurauit capita fontium extra vrbẽ, reparauit muros ciuitatis, bellatores ſuos optimis ſermonibus confortauit, & deinde ad prędicandum dominum ſe conuertit. 2.Par.32

Cum magna diſcretione, diligentia, & ſolicitudine, Neemias ædificauit murum in circuitu Hieruſalem. Ne.2.3.4

Magnę ſapientię verbũ & merito approbatũ fuit illud, quod dixit Zorobabel. Fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas. 2.Eſd.9

Tobias credens ſe cito moriturum, dedit filio ſuo magnę prudẽtię documẽta, & inter alia dixit Conſiliũ ſemper à ſapiente perquire. Tob.4

Sapientiam magnã ſe habere oſtendit Iudith in verbis quę dixit cap. 8. Et poſtea dicitur: quod ſerui Holofernis mirabantur ad ſapientiam eius, & dicebat alter ad alterum: Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, & pulchritudine, & in ſenſu verborum. Iudith.11

Cum magna prudẽtia requiſiuit Mardochęus Eſther, vt ſuccurreret populo Iudæorum, dicens; Si nunc ſilueris, per aliam viam liberabun- Eſth.4

tur Iudęi, & tu, & domus patris tui peribitis. Quis nouit vtrum iccirco ad regnum veneris, vt in hoc tempore parareris?

Dan. 1. Danieli & socijs eius dedit Dominus scientiam & disciplinam, in omni libro & sapiētia, Danieli autem specialiter intelligentiam visionum & somniorum.

Dan. 2. 4. et. 13. Visiones Nabuchodonosor regis Babylonis Daniel exposuit sapiēter. Et postmodū legitur (licet prius acciderit) de duobus senibus presbyteris, quos mira prudentia contra innocentē Susannam falsum dixisse testimonium deprehendit

1. Mac. 7 Innotuit Iudę Machabęo, qđ Nicanor venerat cū dolo, & quod volebat eū capere, caute subtraxit se Iudas, & noluit eū amplius videre.

1. Mac. 13 Cognouit Simon quod Triphon cū dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ, & centum talenta argenti iussit dari, ne inimicitiam magnā sumeret ad populum dicentem. Quia non misit argentum & pueros, propterea perijt.

2. Ma. 7 Septem illi fratres cum pia matre sua in verbis quę sibi inuicem & tyranno dicebant, miram sapientiam se habuisse demonstrauit.

2. Ma. 14 Constituta fuit dies, in qua Iudas secreto cum Nicanore loqueretur. Præcepit autem Iudas armatos esse in locis oportunis, ne forte in hostibus repente aliquid mali oriretur.

Luc. 1 Miræ discretionis & prudentiæ beatam virginem fuisse, apparet in colloquio quod habuit cum angelo. Cogitabat qualis esset ista salutatio ait: Quomodo fiet istud?

Luc. 2. Cū remāsisset in Hierusalem annis duodenis puer Iesus in medio doctorū audiēs & interrogans illos. Sequitur. Quod stupebant omnes qui eū audiebant, super prudentia & responsis eius.

Lauda-

Laudauit Dñs villicũ iniquitatis, quia prudenter fecisset. Luc. 16

Pulchre delusit Dominus curiosam interrogationem Sacerdotum & seniorum populi Iudæorum quęrentium, in qua potestate ille miracula faceret, ait enim: Interrogabo & ego vos. Baptismus Ioannis vnde est? Mat. 21 Luc. 20

Cum Paulus apostolus fuisset cum socio eius Sila, in carcere positus: In crastino miserunt magistratus præcipientes vt dimitterentur. Paulus prudenter dixit: Cęsos nos publice indicta caussa cum simus Romani, coniecerunt in carcerem, & nunc occulte nos eijciunt? Act. 16.

Commota & confusa ciuitate Ephesina, Paulus prudenter & humiliter acquieuit cõsilio amicorum. Qui rogauerunt eum, ne se daret in theatrum. Vbi etiam apparuit prudentia illius Scribæ qui pulchre sedauit populum sic commotum, & remisit ad domum. Act. 19

Cum Tribunus iussisset Paulum cædi & flagellis torqueri, dixit Paulus constanti sibi centurioni. Si hominem Romanum licet indamnatum vobis flagellare? & discesserunt ab eo, qui eum torturi erant. Act. 22

Cum vellet Paulus de Gręcia nauigare in Syriam, & intelligeret sibi à Iudæis esse paratas insidias, caute declinauit. Et reuersus est per Macedoniam, nec recusauit comitatum quem fecerant ei fratres diuersarum ciuitatum. Act. 20

Sciens Paulus ꝙ vna pars esset Pharisęorum, exclamauit. Viri fratres, Pharisęus sum & cęt. Et surgentes quidã Pharisęorum pugnabant pro eo. Act. 23

Postea cum audisset, quod quidam Iudæi vouerant se nihil gustaturos, donec occiderent Paulum, fecit hoc nuntiari Tribuno, qui misit eũ cũ Eodem

multis armatis, ad Felicem Syriæ Præsidem.

Act.26 Cũ Festus Pręses vellet eũ in Hierusalē reducere ad instantiā Iudęorũ, Paulus prudenter aduertens eorũ malitiā, Cæsarem appellauit.

CAPVT LIIII.

De astutia & calliditate mala.

Gen.3 PRimum magistrum calliditatis & mendacij, seu astutiæ, patet fuisse diabolum in serpente. Qui cum callidior esset cunctis animātibus, primam mulierem seduxit. Non enim voluit virum aggredi primum, quem sciebat maiori discretione dotatum.

Gen.30 Multoties voluit seducere Iacob nepotem suũ modo in vxore, modo in mercede, Laban (scilicet) socer eius. Sed dominus in fraude circumuenientium illi affuit.

Gen.31 Cum Laban scrutaretur supellectilem Iacob & veniret ad tentorium Rachel, illam solicitudinem quęrentis astute delusit.

Gen.34 Sæuientes ob stuprum sororis suæ Dynæ filij Iacob, callide suaserunt Sichem & ciuitatis populum circuncidi. Quo facto, irruerunt in eos, & faciliter occiderunt.

Gen.37 Filij Iacob voluerunt decipere patrem, quando tunicam Ioseph tinxerunt in sanguine hœdi, mittentes qui dicerent ei. Hanc inuenimus vide vtrum tunica filij tui sit, an non?

Exo.1.5 Diuersas excogitauit astutias Pharao rex Ægypti ad hoc, vt filios Israel totaliter extirparet. Ad hoc etiam: Vt eos in Ægypto interimeret, & nullatenus recedere pateretur.

Exo.6. Malefici Pharaonis quantũ ad duo signa prima, fecerũt p̱ incãtationes, sicut fecerat Moyses.

Num.16 Malitiose loquuti sunt Chore & complices eius, quando steterunt contra Moysen & Aaron

dicentes

dicentes. Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt,& in ipſis eſt dominus. Quid eleuamini ſuper populum domini?

Videns Balaach rex Moabitarum quod fortitudine filios Iſrael vincere nõ poterat, voluit eos maledictione Balaam ſuperare. Num.20

Gabaonitę audientes quę fecerat Ioſue Hiericho & Hai, callide cogitauerunt quomodo poſſit ita facere, quod non totaliter delerentur. Ioſue.9

Cauerant Philiſtini, ne faber ferrarius inueniretur in omni terra Iſrael, ne forte Hebręi facerẽt gladium aut lanceam. 1.Re.13

Saul inuidens proſperitati Dauid, dixit de filia ſua Michol, quã Dauid habere volebat. Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcandalũ & ſit ſuper eũ manꝰ Philiſtinorũ. Dixit ergo Saul ad Dauid: In duabus rebus gener meus eris hodie. 1.Re.18

Per magnam aſtutiam voluit Dauid zelare iniquitatem ſuam, quando miſit pro Vria, vt dormiret cum vxore ſua. 2.Re.11.

Nephandã calliditatẽ docuit Amnon filiũ Dauid, Ionadab filius Semna, qñ dixit ei, vt languorem ſimularet, & ſic Thamar ſororẽ Abſalon de qua tentabatur ſolus habere poſſet. 2.Re.13

Cum vellet Abſalon vindicare iniuriã ſororis ſuæ, quã oppreſſerat Amnon frater eius, fecit per grande conuiuiũ, & fratrẽ ſuũ inuitauit, & dum comederet, ibi eum occidi fecit. Eodem

Ambiens Abſalon regnum patris, cœpit malitioſe adulari, & facta patris ſui vituperans, ſeipſum bene iudicaturum iactauit. 2.Re.15

Dixit Hieroboam in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, vt faciat ſacrificium in domo domini in Hieruſalem, & excogitato cõſilio, fecit duos 3.Re.12

vitulos

vitulos aureos.

3.Re.20 Achab rex Israel dixit quædā generalia verba, nuntijs Benadab regis Syriæ, suos & sua liberaliter offerendo. Ex quibus ille astute voluit eū grauare nimis ad specialia descendendo.

3.Re.22 Sedechias filius Chanaan propheta Baal, fecit sibi cornua fieri ferrea, quasi esset propheta ver9, dicens regi Achab. Hæc dicit Dominus, his ventilabis Syriam donec deleas eam. Tandem fefellit eum, & fecit eum ire ad bellum.

4.Re.5 Currens Gihezi post Naaman, callide colorauit petitionem suam, quādo dixit: Dominus meus misit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes, da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices &c.

3.Re.21 Scelerata Iezabel crudeli astutia vsa est, ad hoc, vt vineam Naboth acquireret viro suo.

4.Re.11. Athalia mater Ochoziæ regis Iuda, videns mortuum filium, interfecit omne semen regium, & sic regnauit super terram sex annis.

4.Re.18. Loquebatur alta voce Rapsaces nuntius Sennacherib regis Assyriorum, vt audiret eum populus, & timeret super murum.

2.Par.13 Dum Abia rex Iuda exercitum suum confortaret, & aduersarios increparet. Hieroboam rex Israel retro moliebatur insidias. Cumque ex aduerso hostium staret, ignorantem Iudam, suo ambibat exercitu.

1.Esd.3. et.4. Nee.4.5. Varias excogitauerunt astutias vicini filiorū Israel, qui redierant de captiuitate Babylonis. Ad hoc: Vt impedirentur in ædificatione templi, & murorum ciuitatis Hierusalem.

Esther.3 Sup̄bissim9 Aman vidēs ꝙ Mardochæus ipsum adorare nolebat, occasione eius suasit regi ꝑ mendacia, vt totus Iudęorum populus deleretur

Quia

Quia Sathan non poterat coram deo virtutes sancti Hiob omnino negare, voluit intentionem eius callide deprauare, dicens. Nunquid frustra Hiob timet deum? Nota etiã ibi. Quomodo vna die diabolus totum ei abstulit, & simul nuntios venire fecit, vt multiplici dolore per impatientiã frangeretur. Hiob.1

Principes & Satrapæ regni Persarum procurarunt, vt Darius statueret decretum, contra qđ Danielem cogitauerunt omnino debere facere, vt hac arte ipsum possent à rege auertere. Dan.6

Duo senes presbyteri detestandam adinuenerunt nequitiam, vt possent Susannam decipere, & postea se de ea crudeliter vindicare. Dan.13

Plenus malignitate Alchinus accessit ad Demetriũ regẽ, & accusauit Iudam Machabęum in multis. Deinde vt narratur, obtulit regi coronã auream, & alia quædã dona, & ipsa quidem die siluit. Et postea tantũ fecit & dixit, quod rex summum sacerdotem eum constituit. 1.Mac.7 2.Mac.4

Iason misit Menelaum portantẽ pecuniã Antiocho regi, at ille Menelaus commendatus regi, in semetipsum retorsit summũ sacerdotiũ, supponens Iasoni talenta argenti trecenta. Eodem

Herodes clam vocatis Magis diligẽter ab eis didicit tempus stellæ, quæ apparuit eis, & mittẽs eos in Bethlehem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero. Hoc vero qua intentione diceret apparuit in occisione puerorum. Mat.2

Pharisæi volentes capere dominum in sermone, miserunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Magister, scimus quia verax es: Licet censum dare Cęsari, an non? Mat.22

Varios circuitus fecerunt Pharisæi, vt facerẽt confiteri cæcũ illuminatum, quod nõ esset illuminatus Ioan.9

natus à Christo.

Mat.28 Principes Iudęorũ custodibus sepulchri dederunt pecuniam copiosam, vt dicerēt Iesum de nocte furto sublatum esse.

Act.5. Ananias conscia Saphira vxore sua, fraudauit de pretio agri venditi.

Act.8 Samaritani attendebant ad Simonęm magum eo quod magicis artibus suis multo tempore dementasset eos.

Act.13. Videntes Iudęi quod verbum dñi disseminabatur per Paulum & Barnabā, concitauerunt religiosas mulieres & honestas & primas ciuitatis Antiochenæ, & excitauerunt persequutionem in illos, & eiecerunt eos de finibus suis.

Act.14 Cũ Paulus & Barnabas essent in ciuitate Lystris, & tantā haberent gratiā ibi, quod homines ipsis tanquam dijs sacrificare voluerant: Superuenerunt quidam Iudęi, qui taliter persuaserũt turbis, quod Paulus fuit ibi lapidatus, & extra ciuitatem tractus, putabatur esse mortuus.

Act.16. Quęstuarij quidā cũ puella spiritũ Phytonem habente, volētes conqueri de Paulo, non dixerũt quod per eũ amiserunt quęstũ suũ, sed mentiendo dixerunt: Hi homines conturbant ciuitatē nostrā annuntiant instituta, quę nobis nō licet suscipere cum simus Romani.

Act.23 Iudęi malitiose cogitauerũt petere à Tribuno vt Paulũ produceret in mediũ, quasi aliquid certũ inquisituri essent ab illo. Insidiabātur autē ei multi, qui volebant statim interficere eum, & ad hoc etiam obligauerunt se per totum.

CAPVT LV.

De eruditione liberorum.

Audiens

AVdiens Iacob somnia Ioseph, increpabat eum: Ne contra se fratrum suorum inuidiam suscitaret. Gen.37

Negligentiam filiorum arguebat Iacob, audiens quod alimenta venderentur in Ægypto. Gen.42

Blasphem9 in eremo lapidatus fuit, filius mulieris Israelitidis, de viro ægyptio generatus. Tales enim filij male frequenter instruuntur. Leui.24

Præcepit Dñs per Moysen, vt filij Israel docerent filios suos, ea quę ipsi viderant. Deu.4

Contumax filius & proteruus, & parentum imperio obedire contemnens, pręcipitur à Moyse per populum lapidari. Deut.21

Heli sacerdos male corripuit filios suos, & ideo tã ipse q̃ illi sunt à domino puniti. 1.Re.4

Adonias filius Hagith, male fuit à patre suo Dauid correptus, & iccirco in superbiam elatus regnare voluit, sed tandem à fratre suo regnante fuit occisus. 3.Re.1.2

Appropinquans ad mortem Dauid, diligẽter instruxit Salomonem filium suum, qui regnare debebat post eum. 1.Par.28

Tobias senior filiũ suũ ab infantia timere deũ docuit, & abstinere ab omni peccato. Deinde cũ se cito crederet moriturũ, pie & salubriter instruxit eum. Similiter fecit instante morte sua. Tob.1.4 &.13.

Parentes Saræ vxoris Tobiæ iunioris, dimiserunt ire filiam suam cum viro suo: monentes eam honorare soceros, diligere maritum suum, regere familiam suam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Tob.10

Magnã solicitudinẽ gerebat Hiob, de liberis suis, qui cũ simul comedissent, offerebat holocausta per singulos dies, ne forte peccassent. Hiob.1

Dan.13 Parentes Susannæ cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi.

1.Mac.2 Cum appropinquaret morti Matathias, filios suos salubriter instruxit, & contra impios animauit.

2.Mac.7 Supra modum mater mirabilis, quę patientes septem filios sub vnius diei tempore conspiciēs, singulos hortabatur pia voce dicens: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis? &c.

CAPVT LVI.

Quod bonis consilijs non acquiescere periculosum est.

Gen.19 Angeli qui apparuerunt Loth, dederunt ei bonum consilium, vt exiret de Sodomis, & generos suos secum ducens, nequaquam post tergum respicerent, sed in monte saluum se facerent. Qui dixit generis suis, qui accepturi erant filias eius: vt egrederentur. Sed visus est eis quasi ludens loqui. Generi ergo Loth, nolentes exire de medio prauę gentis, perierunt cum ipsis Sodomitis. Vxor autē eius retro respiciens, versa est in statuam salis. Ipse etiam Loth qui iuxta consiliū angeli noluit statim in montē ascendere, cum proprijs filiabus peccauit.

Ge.37.42. Ruben consuluit fratribus suis, vt Ioseph redderetur patri suo. Qui non acquieuerunt ei: Iccirco venit postea super eos tribulatio.

Num.14 Filijs Israel volentibus ascēdere ante tempus, ad locū de quo loquutus fuerat dn̄s, ait Moyses. Non est Deus vobiscū, Amalechites & Chananęus ante vos sunt, quorū gladio corruetis, eo ꝙ nolueritis acquiescere domino.

Iudic.20 Post scelus perpetratum in vxorem Leuitæ, conuenerunt filij Israel, & miserunt nuntios ad filios, vel tribum Beniamin, qui dicerent. Cur tantum ne-

tum nephas in vobis repertum est? Tradite homines qui hoc flagitium perpetrauerunt. Qui noluerunt audire, propter quod omnes postea, exceptis paucis, fuerunt occisi.

Dixit Abner Asaeli, vt desisteret ab insequutione ipsius. Quod audire contempsit. Abner autē ipsum aduersa hasta transfodit. 2. Re. 2

Roboam filius Salomonis noluit audire consilium senū, sed consilio iuuenū acquieuit. Et ideo magnam populi sui partem amisit. 3. Re. 12

Bonū & fidele consiliū dedit Achior Holoferni: quod ille cum superbia & indignatione cōtēpsit, qui paulo post fuit occisus, & eius exercitus cum damno & confusione fugatus. Iudic. 6

Godoliç quē rex Babylonis prçfecerat terræ Iudçorū, nuntiauit fideliter Iohanan filius Careah, quod Ismael filius Nathaniæ volebat eū occidere. Qui respondit ei. Falsum loqueris de Ismaele. In mense autē septimo venit Ismael & occidit Godoliam, postquam comederat cum illo. Hie. 40. 41

Consilium meum placeat tibi o rex, & peccata tua eleemosynis redime, ait Daniel Nobuchodonosor regi. Qui non acquieuit, & mutatus est in bestiam. Dan. 4.

Vadēs in Galaad Iudas Machabæus, reliquit Iosephū & Azariam duces populi, & præcepit eis dicens. Nolite bellū cōmittere aduersus gētes donec reuertamur. Illi vero voluerunt sibi facere nomen, & perdiderunt res & nomen. 1. Mac. 5.

Habebat Iudas Machabæus octingentos viros secum, aduersariorum vero vigintiduo millia, et auertebant eum socij, ne pugnaret tunc, sed prius exercitu congregato. Qui noluit acquiescere eorū consilio, & in illo bello ipse cecidit, cæteri vero fugierunt. 1. Mac. 9.

Mat.27 Bonũ consiliũ dedit vxor Pilati viro suo. Sed ille acquiescere recusauit, magis timens Cæsarem offendere, q̃ iustum sanguinem condemnare.

CAPVT LVII.

De suspitione & falsa credulitate.

Gen.20 COgitauit Abraham, quod forsitan non erat timor Dei in Geraris, & homines illius terræ eum occiderent propter vxorem suam.

Simile accidit Isaac. Gene.26.

Gen.31 Suspicatus est Laban quod Iacob furatus esset deos eius. Et ob hanc caussam perscrutatus est totam supellectilem.

Gen.37 Videns Iacob vestimenta Ioseph, sanguine cruentata, putauit eum esse mortuũ, & à fera pessima deuoratum.

Gen.44 Præcepit Ioseph dispensatori suo, vt introduceret fratres suos domum ad comedendum secũ, at illi exterriti, crediderunt, quod vellet eos subijcere seruituti.

Iosue.22 Rubenitæ & Gaaditæ, euntes ad possessiones suas, ædificauerunt altare trans Iordanem. Quo audito, filij Israel turbati fuerunt, nescientes quare hoc fecissent illi, & putauerunt, quod vellent se ab eorum lege penitus separare.

Iudic.15 Cũ iuisset Samson ad domum patris sui, socer eius putauit quod odio haberet vxorẽ suã, & repudiasset eam, vnde tradidit eam alij viro.

1.Re.1. Heli vidẽs Hannã labia mouere, & nullũ verbum proferre, æstimauit eam esse temulentam.

1.Re.22 Quia Saul persequebatur Dauid, imponebat ipsi Dauid, quod ipse persequeretur eũ. Vnde dicebat. Quod filius suus Ionathas suscitasset seruũ suũ insidiantem ei, licet esset falsissimum.

1.Re.29 Cũ esset Dauid cũ Achis rege Geth, quasi custos ca-

ſtos capitis ſui Satrapę dixerunt ad Achis, Vt recederet Dauid, ne forte transfugeret ad Saulem.

Miſit Dauid nuncios ad regē Ammon, vt cōſolaretur eū ſuper patris interitu. Principes autē illius putauerunt quod veniſſent ad explorādam ciuitatem, non ad conſolandum regem. 2. Re. 10

Poſtq̄ rex Ahaſuerus turbat9 fuit cōtra Amā, & ille iacebat ſuper lectū Eſther, ad rogandū eā, pro anima ſua. Impoſuit ei rex, quod ipſo pręſente, voluerit reginam opprimere. Eſth. 7

Dum vellet Hieremias ire ad terrā Beniamin, comprehendit eum cuſtos portæ, & impoſuit ei quod fugeret ad Chaldæos. Hier. 37

Nuntiante Hieremia propheta voluntatē domini populo terræ, qui remāſerat poſt deſtructionem Hieruſalem, dixerunt ei. Mendacium tu loqueris, non te miſit Dominus, ſed Baruch filius Neriæ, incitauit te aduerſum nos, vt tradat nos in manus Chaldęorum. Hier. 43

Tortores qui Eleazarū ducebant ad ſuppliciū in irā verſi ſunt, propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiā dictos arbitrabantur. 2. Mac. 6

Videntes diſcipuli ſupra mare dominum ambulantem, putauerunt phantaſma eſſe, & præ timore clamauerunt. Mat. 14 Ioan. 6

Simon Phariſęus videns mulierē peccatricem ad pedes domini flentē, ait intra ſe dicens. Hic ſi eſſet propheta, ſciret qualis eſſet &c. Luc. 7

Ad hoc, quod nullus de ſe alte ſentiat, nec male ſentiat de aliquo, multum valet exemplum qđ adducit Saluator de iactante ſe Phariſęo & humili publicano. Luc. 18

Videntes Iudęi apoſtolos dn̄i, poſt effuſionem ſpiritus ſancti, loquentes varijs linguis, dicebant quidam eorum, Quia muſto pleni ſunt. Act. 2

Act.9 Omnes discipuli Christiani timebant Saulum post conuersionem suam, non credentes quod esset discipulus, donec Barnabas duxit illũ ad apostolos, & narrauit illis, Quomodo in via vidisset dñm. Et quomodo in Damasco fiducialiter egit in nomine domini Iesu.

Act.21 Tribunus Lysias videns Paulum à Iudæis tã male tractari, quęsiuit ab eo. Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum, quatuor millia virorum Sicariorum?

Act.28 Et viderunt Barbari pendentẽ viperã in manu Pauli, ad inuicẽ dicebant. Vtiq; homicida homo est hic. Et æstimabant eũ in tumorẽ conuertendum, & subito casurum & moriturum.

CAPVT LVIII.

Quod sancti viri permittunt aliqua fieri non libenter.

Gen.43 IAcob permisit abduci Beniamin filium nõ libenter, & tenere dilectum, propter necessitatem victualium ad instantiam filiorum.

Deut.24 Moyses permisit dari libellũ repudij, odiosis vxoribus Iudæorũ, quia timebat in eis vxoricidium.

2.Re.24 Considerato Dauid populo suo, constituit super eum Tribunos & Centuriones, dixitq; rex ad populum. Egrediar & ego vobiscũ. Et respondit populus. Non exibis, quia tu vnus pro decẽ millibus computaris. Melius est ergo vt sis nobis in vrbe pręsidio, ad quos rex ait. Quod vobis videtur hoc faciam.

1.Mac.13 Cognouit Simon, quod Tryphon cum dolo loqueretur, petens duos filios Ionathæ, & cẽtum talenta argenti: iussit dari tamen argentũ & pueros, ne forte aduersum se inimicitiam populi concitaret.

CAPVT LIX.

De iustitia & æquitate.

ABrahã volens separari à Loth nepote suo dedit ei optionem, vt eligeret partẽ quã vellet. Et sic pulchre poterit partitio fieri vt maior diuidat & minor eligat. Gen. 13

Dixit Iacob ad Laban. Respondebit cras iustitia mea. Gen. 30

Elisęus permisit q filij prophetarũ quęrerent Heliã, ne forte spiritus dñi proiecisset eum, cum tamen sciret quod isti laborarent inuanum. 4. Re. 2

Testimonio domini iustam rem postulauerãt filiæ Salphaad quę in hęreditate paterna succedere à Moyse petierunt. Num. 27

Rex Adonibeseth, comprehensus à filijs Israel, dixit. Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mẽsa mea ciborũ reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi dominus. Iudic. 1

Adducto Agag rege Amalech coram Samuele, ait ei Samuel. Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. 1. Re. 15

Dixit Dauid ad Saul, qui eũ iniuste persequebatur. Dominus retribuet vnicuiq; secundũ iustitiam suam & fidem. 1. Re. 26

Constituit Dauid, & quasi pro lege habitum est, vt æqua esset pars descendentis ad pręliũ, & remanentis ad sarcinas. 1. Re. 30

Dauid noluit accipere gratis ab Arauna Iebusæo aream quam habere volebat, sed iusto pretio mediante. 2. Re. 24

Audiens hœdum balantem Tobias, dixit. Videte ne furtiuus sit, sed reddite eum dominis suis. Tob. 2.

ſuis. Quia non licet vobis aut edere ex furto, aut contingere.

Eſth.7.8 Præcepto regis Ahaſueri, ſuperbus & iniquꝰ Aman ſuſpenſus eſt, in illo eodem patibulo quod ipſe parauerat Mardochęo, & hoſtes Iudæorum eodem die ab ipſis Iudęis occiſi ſunt, quos Iudęos illi occidere putauerunt.

Hiere.1 Contra Babylonem prophetans Hieremias ait. Reddite ei ſecundũ opus ſuum, iuxta omnia quę fecit, facite illi.

Dan.6. Iubente Dario rege, viri qui accuſauerũt Danielem, miſſi ſunt in lacum leonum, & non peruenerunt vſq; ad pauimentum, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt Vt cap.14.

Dan.13 Fecit populus duobus presbyteris ſenibus, ꝗ inique accuſauerunt Suſannã, ſicut male egerant aduerſus proximũ, & interfecerunt eos.

2.Mac.4 In eodẽ loco in quo Andronicus iniuſte occiderat Oniam ſummũ ſacerdotem, fecit eum vita priuari, purpura prius exutum, Antiochus.

2.Mac.5. Impius Iaſon, qui inſepultos abiecerat multos ipſe illamẽtatus & inſepultus abijcitur, nec propriam, nec peregrinam habuit ſepulturam.

2.Mac.9. Antiochus homicida & blaſphemus peſſime percuſſus: vtq; ipſe multos tractauerat, peregre in montibus miſerabili vita defunctus eſt.

Mat.18 A ſeruo nequam, qui noluit dimittere conſeruo ſuo cẽtum denarios, merito repetijt dominus vniuerſum debitum, quod liberaliter prius dimiſerat illi.

CAPVT LX.
De iudicijs hominum rectis, aut prauis.

Cauſſam

CAussam, quā nescit iudex, debet diligentissi me inuestigare. Vnde deus quē nihil latere potest, dicitur descendisse, vt videret ciuitatē, quā ædificabāt filij Adam: Similiter dixit ipse. Descendā, & videbo vtrū clamorem, qui ad me peruenit opere impleuerint. Gen.11 &.18

Iniuste præcepit Iudas Thamar nurum suum comburi. Gen.38

Dominus Ioseph, nimiū credulus verbis coniugis, misit ipsum in carcerem. Gen.39

Minora per minores iudices, & maiora per maiores debent diffiniri, iuxta id quod consulit Iethro Moysi. Exo.18

De duodecim bobus & sex plaustris, nullū dedit Moyses filijs Caath, licet essent sibi propinquiores, sed totū dedit alijs Leuitis, eo quod isti amplius indigebant, qui grauiora portabant. Num.7

Consuluit Moyses dn̄m occasione filiarū Salphaad, & respondit dn̄s. Homo cū mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hęreditas. Num.27

Voluit Moyses, vt filij Ruben, & cęteri, q petebāt terrā iā acquisitā, armati alios pręcederēt ad bellū, donec terra alia esset penitus acquisita. Num.32

De filijs Samuel dicitur. Declinauerunt post auaritiam, acceperuntq; munera, & peruerterūt iudicium. 1.Re.8

Iniuste protulit Dauid sententiā cōtra Mephiboseth absentem ad verbū Sibę, ipsi Dauid xenia offerenti. Verūtamen postea cognita veritate voluit iniquam sententiā penitus reuocare. 2.Re.16 &.19

Salomon recte iudicauit de duabus mulieribus, quarum quælibet contendebat vnius pueri esse mater. 3.Re.3

Cōstituit Iosaphat rex Iuda, iudices terrę pręcipiens eis, Videte quid faciatis, non enim homi- 2.Pa.19

nis exercetis iudiciũ, ſed dei. Quodcũq; iudicaueritis in vos redũdabit. Sit timor domini vobiſcũ & cum diligentia cuncta facite

Esther. 3 — Ad ſuggeſtionẽ Aman rex Ahaſuerus iniuſte dixit de populo. Age quod placet.

Esai. 2 — De iudicibus Iſrael dicebat Eſaias. Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicãt, & cauſſa viduæ non ingreditur ad illos

Hier. 38 — Quia Hieremias à domino prophetabat Hieruſalem capiendam eſſe à Chaldęis, dixerũt principes populi Sedechiæ regi. Rogamus vt occidatur homo iſte. Qui reſpondit eis. Ecce ipſe eſt in manibus veſtris, non enim phas eſt, regem vobis quicquam negare.

Dani. 2 — Nabuchodonoſor rex Babylonis pręcepit, vt perirẽt oẽs ſapientes Babylonis, eo quod illi ſomnium, quod viderat, non poterant iudicare.

Dani. 14 — Quamuis Darius rex Perſarum innocentẽ ſciret eſſe Danielem, tamen ad inſtantiam Satraparum fecit eum mitti in lacum leonum.

Dan. 13 — Diſcrete examinauit Daniel duos ſenes, qui contra Suſannã iniquũ tulerunt teſtimonium.

2. Mac. 4 — Cũ ſeparareтur Menelaus in iudicio corã Antiocho per pecuniã, quã promiſit, abſolutus eſt, & accuſatores eius iniqua morte damnati.

2. Mac. 4 — Conqueſti ſunt Iudæi coram Antiocho rege, de iniqua morte Oniæ. Contriſtatus autem Antiochus licet alias eſſet malus, Andronicum purpura exutum in eodem loco, in quo ipſum Oniã occiderat, iuſſit vita priuari.

Mat. 2 — Nimis iniquum protulit Herodes iudicium, quando mittens ſatellites, occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem.

Mar. 6 — Ad petitionẽ vnius ſaltatricis, fecit Herodes

Tetrarcha

Tetrarcha Ioannē Baptistā in carcere decollari. Cū tamen sciret eū virum iustum & sanctum.

Dixit Nicodemus Pharisæis. Nunquid lex vestra iudicat hominem? nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Ioan.7

Nequissimū fuit iudicium, quādo Pilatus dimisit Barrabā homicidam, latronem, seditiosum, & dominum Iesum tradidit voluntati eorum. Mat.27

Sacerdotibus & magistratibus templi, denunciantibus Petro & Ioanni, ne docerent aliquid in nomine Iesu. Responderunt apostoli dicentes eis Si iustum est in conspectu dei, vos potius audire q̄ deum? iudicate. Act.4

Cum Paulus eiecisset dęmoniū à puella Phitonissa, accusatus fuit à dominis eius, quibus illa quæstum diuinando præstabat, Magistratus autē fecerunt Paulum & Silam virgis cædi, & in carcerem mitti. Act.16

Iudæis accusantibus Paulū, Gallio proconsul dixit. Si qua esset iniuria, aut facinus malū, o Iudæi, merito vos sustinerē. Si vero quęstio est de sermone, & nominibus & lege vestrate, vos ipsi videritis. Iudex enim ego horum nolo esse. Act.18

Princeps sacerdotum præcepit percutere os Pauli, tunc Paulus ait: Percutiet te dominus paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Act.23

Licet Paulus corā Felice pręside, se rationabiliter excusasset, voluit tñ Felix gratiā pręstare Iudęis, et Paulū vinctū successori suo Festo reliquit. Act.24

Dixit Festus pręses. Nō est cōsuetudo Romanis, damnare aliquē hominem, priusq̄ is, qui accusatur pręsentes habeat accusatores, locūq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Act.25

Festus nolens acquiescere Iudæis, qui petie- Eodem

rant

rant vt Paulus Hierosolymam duceretur, dixit Paulo. Vis Hierosolymam ascendere: & ibi iudicari super istis? Respondens dixit Paulus. Ad tribunal Iudicis sto. Cæsarem appello. Tunc Festus cum concilio loquutus, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis.

Act. 26 Auditis rationibus Pauli, Agrippa rex, et præses Festus loquebantur ad inuicem dicẽtes. Quia nihil morte dignum fecit homo iste Agrippa autem Festo dixit. Dimitti poterat hic, nisi appellasset Cæsarem.

CAPVT LXI.

De pœnitentia.

Num. 12 QVamdiu mansit Maria extra castra, non processerunt filij Israel. Nõ enim est bonum ire per desertũ huius vitę, sine amaritudine pœnitentiæ.

Num. 14 Audiens populus filiorum Israel, dominũ esse iratum, propter murmurationes eorum, luxit nimis, & in mane plus voluerunt facere, q̃ Dominus præciperet eis.

Iudic. 2 Ad vocem angeli improperantis populo peccanti beneficia dei, eleuauerunt omnes vocem suam, & fleuerunt.

Iudic. 10 Dixerunt filij Israel ad dominũ. Peccauimus, tu redde nobis quicquid tibi placet. Et omnia idola proiecerunt. Sequitur: Qui doluit super miserijs eorum.

2. Re. 12 Cito pœnituit Dauid, quando Nathan ipsum de crimine reprehendit.

3. Re. 21 Achab rex Israel sceleratissimus, cooperuit carnẽ suã cilicio, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, & immorata est pœna digne illi, pro criminibus infligenda.

2. Par. 33 Manasses rex Iuda vinctus catenis, & in Babylonem

lonem ductus, egit pœnitentiam valde corã Domino. Et reduxit eum dominus inHierusalem regnum suum.

Lamentãte Esdra pro populi peccatis, dictum est ei. Si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiam fœdus cum domino deo nostro. 1. Esd. 10

Audita terribili potẽtia Holofernis, sacerdotes induerunt se cilicijs, & ex toto corde omnes orabant dominũ, vt visitaret populum suum. Iudith. 4

Et in laudem Iudith dicitur. Quod habens super lumbos suos cilicium, & ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata, & Neomenias & festa domus Israel. Iudith. 8

Quamuis Hiob esset vir simplex & rectus, timens deum, & recedens à malo, tamen dicebat. Ego ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Hiob. 42

Instante captiuitate Hierusalem dicebat Esaias Vocauit dominus in die illa ad fletum & planctum, & ad caluitium & ad cingulum sacci. Esa. 22

Niniuitæ crediderunt domino ad prædicationem Ionæ, & prædicauerunt ieiunium. Et vestiti sunt sacco, à minore vsq; ad maiorem. Ionæ. 3

Appropinquãte exercitu Timothei, Machabęus, & qui cũ illo erãt, deprecabãtur dominũ, caput terra aspergentes, lumbosq; cilicijs pręcincti ad altaris crepidinem prouoluti, vt eis esset propitius, & inimicis eorum inimicus. 2. Ma. 10

Ioãnes Baptista sanctificatus, anteq̃ ex vtero matris natus, à sanctis parentibus educatus, fugit in desertũ. Vbi tã austerã vitã duxit, quod dicebatur. Nec comedẽs, nec bibẽs, adde nec vestiens. Quia pili camelorũ nõ sunt vestes humanæ. Mat. 11

Quã libenter receperit dominus peccatores ad pœnitentiam, ex his apparet, quod prædicationem suam à pœnitentia legitur incœpisse. Mat. 14

Item

neliū, & eum baptizauerat, tacuerūt fratres, & glorificauerūt dominū, dicentes. Ergo & gentibus deus pœnitentiam ad vitam dedit.

CAPVT LXII.

De honore parentum.

SEm & Iaphet benedictionē patris meruerūt, quia nudato obsequiū prębuerūt. Cham vero filius suus maledictus fuit, quia patris, nuditatem derisit. Gen. 9

Magnæ existimationis erat apud antiquos benedictio patris, vt patet in Iacob & Esau, quia ipsam solicite quęsierunt. Gen. 27

Licet Esau esset homo malus, reprobat⁹ à deo, & odio haberet fratrē suum Iacob, nolebat tamē ipsum occidere viuente patre suo Isaac. Vnde dicebat: Veniēt dies luctus patris mei. In hoc deferens patri honorē, & timens offensam eius. Eodem

Ad magnā pœnam obligabat se Iudas, cū dixit patri. Nisi Beniamin reduxero, & tradidero eū tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Et notandū. Quod priusq̄ dixerat Ruben duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi, tamen pater non acquieuit illi, acquieuit autem Iudæ dicenti prædicta verba. Gen. 42 & 43

Idem Iudas postea supplicans Ioseph, vt Beniamin ad patrem remitteret: Inter cætera repetijt prędicta verba, quibus se obligauerat patri, et subiunxit. Non possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis, quæ oppressura est patrē meum, testis assistam. Gen. 44

Iacob benedicēs filios, dixit cōtra Ruben. Effusus es sicut aqua, nō crescas. Quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Gen. 49

Præcepit Dominus per Moysen. Si genuerit homo filiū cōtumacem & proteruum, Sequitur. Deut. 21

Lapidibus eum obruet populus ciuitatis.

Iudic.9 Reddidit deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.

1.Re.2.4 Nō audierūt filij Heli patrē, ipsos corripientē Et ideo: diuinam vltionem experti sunt.

1.Re.14 Quia Ionathas gustauerat paululum mellis cō tra inhibitionē patris, morti adiudicatus est à patre: tamen à populo liberatus est.

1.Re.22 Dauid à facie Saul fugiēs, & in magna necessitate existēs, habuit curā parētum suorū, & recō mendauit eos diligēter apud Moab regem.

2.Re.15 Absalom Dauid patrem suum de regno expellere laborabat, sed pessime ei successit.

3.Re.2. Venienti Batsaba matri Salomonis, assurrexit rex, adorauitq; eam, & positus est thronus matri regis.

4.Re.19 Filij duo Sennacherib occiderunt eum, sed tamen neuter eorum regnauit post eum.

Tob.4 Tobias senior instruens filiū suum inter cætera dixit. Cū acceperit deus animā meam, corpus meum sepelietur, & honorē habebis matri tuæ, omnibus diebus vitæ tuæ.

Ioan.2 Eijciēs dñs de tēplo cū flagello, vendētes & ementes boues, & numularios, dixit. Nolite facere domū patris mei domum negotiationis. In hoc & alijs multoties honorē patris quærens.

Luc.2 De puero Iesu dicitur. Descendit cum illis (scilicet) Maria & Ioseph, & venit in Nazareth: & erat subbitus illis.

Ioan.8 Ipse etiam dicit alibi. Honorifico patrē meū.

Ioan.9 Et pendens in cruce, matrem suam dilecto discipulo commendauit. In quo apparet, quam solicitudinem gesserit de ipsa, qui nec in mortis articulo huius oblitus fuerit.

CAPVT LXIII.

De gratijs agendis pro beneficijs dei.

SOlicite gratias agebat Deo Iacob, dicens. Domine minor ſum cunctis miſerationibus tuis. Gen.32

Voluit Dominus vt liberatio filiorum Iſrael de Ægypto nunquã excideret ab eorum memoria. Erit quaſi ſignũ, ait, in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos, vt lex domini ſemper ſit in ore tuo. Exo.13.

Cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen deo, & dixerunt. Cantemus dño. Poſtq̃ (ſcilicet) tam mirabiliter tranſierant mare rubrum. Exo.15.

Obtenta de inimicis mirabili victoria, venerunt ad Moyſen principes exercitus Iſrael, dicentes. Quod nullus fuerat de filijs Iſrael in bello occiſus: Et tamen hominũ & animalium rapuerunt magnam prędam, & ob hanc cauſſam dona magna obtulerunt. Num.31

Pręcepit dominus vt poſt tranſitum Iordanis miraculoſum, ponerent duodecim lapides in perpetuum monumentum. Ioſue, 4

Poſt victoriã de Siſara habitã, per Barath & Delbora, domino cecinerunt. Iudic.5

Orauit dominum & laudauit Hanna, pro filio ſibi dato. 1. Re. 2

Quãuis filij Iſrael in pręlijs, vbi vincebãt, fortiter dimicarent, tamen dicebatur dominus percutere inimicos, vt laus deo attribueretur. Iudic.2

Audiens Dauid reuelationẽ, quã deus fecerat Nathan prophetæ, de regni ſui duratione: Gratias egit valde humiliter & deuote. 2. Re. 7

Multum laudandus eſt deus, qui dat populo bonum principem & prelatum. Benedictus deus, qui dedit Dauid filium ſapientiſſimũ, propter 3. Re. 5.

populum hunc plurimum.

1. Esd. 2 Cyrus rex Persarũ fecit clamari per oĩa regna terrę. Dedit mihi deus cœli, oĩa regna terrę, & p̃cepit mihi vt ædificarẽ ei domũ in Hierusalem. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit deus cum ipso, & ascendat in Hierusalem.

Tob. 11 Cũ Tobias recuperasset visum, & vxor eius, & omnes qui sciebant eum prius cęcum, glorificabant deum.

Iudit. 16 Oĩs populus, post victoriã de exercitu Holofernis habitã, venit in Hierusalẽ adorare dñm.

Dan. 2 Reuelata Danieli visione Nabuchodonosor regis Babylonis. Benedixit Deo cœli & ait: Sit nomen Domini benedictum, quia sapiẽtia & fortitudo eius sunt.

Dan. 4 Deuotè & pulchrè exoluerunt laudes Deo illi tres pueri, de fornacis incendio liberati. Et non solum illi hac de caussa gratias egerunt deo, sed & Nabuchodonosor fecit prædicari mirabilia Dei in toto regno.

1. Ma. 4 Mundato templo & erecto sub Iuda Machabæo, adorauerunt & benedixerunt in cœlo eum qui prosperauit eos.

2. Ma. 1 Iudas Machabęus & populus Hierosolymorũ scripserũt Aristobolo, dicẽtes: De magnis periculis à Deo liberati, gratias magnifice ei agimus.

2. Ma. 10 Deuicto Timotheo per Iudam Machabęum, & capto quodam forti pręsidio, in hymnis & cõfessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel.

Luc. 1 Beata virgo, audita laude sua, quã dixit Helizabeth. Benedicta tu &c. In vocẽ laudis prorupit, pro beneficijs sibi, & toto mundo collatis.

Quando volebat Dñs in euangelio aliquod grande opus facere, frequenter legitur in cœlum suspe-

suspexisse, & gratias egisse. Sicut patet in panum multiplicatione. Ioã.6. In Lazari suscitatione. In Eucharistiæ institutione. Mat.26.

Nato Ioanne Baptista, Zacharias recuperato loquendi officio, dominum prophetando laudauit, dicens: Benedictus dominus deus Israel. Eodem.

Accepit puerum Iesum Simeon in vlnas suas & benedixit dominum. Luc.2

Vidẽtes turbę paraliticũ à dño curatũ, glorificauerũt deũ, q dedit potestatẽ talẽ hominibus. Mat.9

Item viduæ filio suscitato, accepit omnes timor, & magnificabant deum dicẽtes: Quia propheta magnus surrexit. Luc.7

Vnus illorum decem leprosorum, ad mandatum domini mundatorum, regressus est vnus & cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agens. Luc.17

Postq̃ cęnauit Dñs cũ discipulis suis, subditur. Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. Mat.26 Mar.14

Claudus à Petro sanatus, intrauit cum Apostolis in templum, ambulans & exiliens & laudãs deum. Sequitur. Omnes glorificabant deum, per id quod factum fuit. Erat enim homo ille annorum plusquam quadraginta. Act.3.4

Gratias agebat Paulus pro beneficijs sibi & alijs à deo collatis. Sibi qdẽ in sua cõuersiõe. Gratias ago deo meo, qui me cõfortauit in Christo. Qui prius fui blasphemus, & persequutor, & cõtumeliosus. Sed misericordiã dei cõsequut9 sum. 1.Tim.1

Item in sua conuersatione, Deo gratias, q semper triumphat per nos in Christo Iesu. 2.Cor.2

Et pro beneficijs fratribus collatis, gratias deuote agebat. Primum quidem gratias ago pro omnibus. Quia fides vestra annunciatur vniuerso mundo. Rom.1

Ad Thes. Gratiarũ actionem possumus retribuere 1.Thess.3

1. Theſſ. 5 buere, pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus. Idem gratias agere in omnibus admonebat. Epheſ. 5. Et ſemper gaudete, ſine intermiſſione orate &c.

CAPVT LXIIII.

De gratitudine & beneficijs ab homine acceptis.

Gen. 14 CVm percuſſiſſet Abraham quatuor reges, & omnem ſubſtantiam quam illi rapuerũt reduxiſſet, rex Sodomorum egreſſus eſt in occurſum eius, & omnia obtulit ei, ſolis animalibus exceptis. Vbi notãdũ: Quod licet Abraham oblata reſpueret, tamen bene voluit vt ſocij ſui partem haberent de præda, tanq̃ eorum ſuffragio non ingratus.

Gen. 24 Vidẽs Laban iocalia in aures (ſcilicet) et armillas, q̃ ſeruus Abrahã dederat Rebeccę ſorori ſuę, venit ad illũ & dixit ei. Ingredere benedicte dñi. Et eũ in hoſpitijs cũ multa humanitate recepit.

Gen. 29 Poſtquã Iacob ſeruierat Laban auunculo ſuo multis annis, dixit ei Laban. Quia frater meus es gratis ſeruies mihi.

Gen. 41 Pharao rex Ægypti multũ fuit gratus Ioſeph, pro expoſitione ſomnij ſui, & eum magnifice ſublimauit.

Exo. 2. Iethro ſacerdos Madian gratus fuit, pro eo, ꝙ Moyſes filias eius defenderat, quando ad gregem adaquandã iuerant. Vnde fecit eũ vocari vt comederet, & dedit ei filiã ſuam in vxorem.

Ioſue. 6 Valde ſolicitus fuit Ioſue, ne Rhaab meretrix quæ nuntios ab eo miſſos abſconderat, ciuitate Hiericho ruente, periret.

Iudic. 18 Cũ liberaſſet Gedeon ab inimicis Iſrael, dixerunt omnes ad eum: Dominare noſtri tu & filius tuus, quia liberaſti nos de manibus Madian.

Ruth. 2 Dixit Noëmi commendãdo Booz, qui Ruth benigne

benigne viderat. Benedictus sit à Domino, quoniam eandem gratiam quam prębuerat viuis, seruauit & mortuis.

Quia Cinęus bene se habuerat ad filios Israel, pepercit ei Saul, quando destruxit Amalech. 1. Re. 15

Dixit Dauid ad Abiathar, cuius pater dilexerat ipsum Dauid. Mane mecũ, ne timeas. Si quis quęsierit animam tuam, quęret & meam. 1. Re. 22

Misit Dauid ad viros Iabes Galaad, qui sepelierunt corpora Saul, & filiorum eius. Et gratias egit eis. 2. Re. 2

Propter amorem Ionathæ filij Saul, inquisiuit Dauid si esset aliquis superstes de genere eius, & constituit Mephiboseth filium Ionathę, conuiuã mensę suæ. 2. Re. 9

Regina Saba multa munera attulit Salomoni ille vero dedit ei omnia quæ expetiuit, exceptis his quę vltro obtulit ei munere regio. 3. Re. 10

Helias pie cõpassus est viduæ, apud quã susten tabatur: & efficaciter orauit pro filio illius defuncto, ita quod ipsum à mortuis suscitauit. 3. Re. 17

Allegauit Abdias beneficiũ quod contulerat prophetis dñi, quos absconderat quãdo quęrebã tur ad mortẽ, ad hoc videlicet, quod Helias nũtiũ periculosum ei iniungere non deberet 3. Re. 18

Ascensurus in cœlum, bene remunerauit disci pulum suum Helias (scilicet) Elisęum. 4. Re. 2

Mulieri Sunamitę hospitę Elisęi, ipse Elisæus benigne obtulit, vt loqueretur pro ea regi, si apud ipsum haberet negotiũ. Item filium eidem impetrauit, & postea mortuum suscitauit. 4. Re. 4

Naaman Syrus mundatus à lepra, ad verbum Elisęi obtulit ei munera, dicens: Obsecro vt accipias benedictionem à seruo tuo. 4. Re. 5

Accusatores Iudæorum miserunt epistolam 1. Esd. 4.

PRæpositus pincernarum succedẽtibus prosperis oblitus est Ioseph interpretis sui. Gen.40

Vtiliter & fideliter seruiuit Iacob auunculo suo Laban, & ille multoties voluit eũ fallere. Gen.31

Vidẽs populus, q̄ morã faceret descẽdendi de mõte Moyses, dixit ad Aaron. Fac nobis deos, q nos præcedant. Ecce q̃ cito videbatur oblitus beneficiorum, quæ acceperant à vero deo. Exo.32

Filijs Israel in deserto vertebatur in tędiũ cibus optimus, sine labore de cœlo datus, & flebãt dicẽtes. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Num.11

Angelus dñi improperauit filijs Israel beneficia, populo à deo collata. Et quomodo illis abutẽtes, ruperãt fœdus, & trãsgressi erãt dei mãdata. Iudic.2

Multa bñficia recepit Saul à Dauid, Et tñ ad occidendũ eũ modis, quibus potuit laborauit. 1.Re.17

Saluauit Dauid habitatores terrę, & tñ voluerũt eũ tradere in manus Saul, ipsum persequẽtis. 1.Re.23

Reddiderunt filij Amnon, pro beneficio & honore, contumeliam, quando vituperauerũt nũcios Dauid, quos miserat ad consolandum regẽ eorum, super patris interitu. 2.Re.10

Ingrati fuerunt Dauid & Ioab fidelitati Vriæ quorum primus literas dedit, & alter crudeliter exequutus est. 2.Re.11

Postq̃ Dauid reuocauit Absalõ filiũ suũ, & pepercit ei sup homicidio, quod cõmiserat in fratrẽ suũ. Surrexit Absalom contra patrem suum. 2.Re.15

Non fuit Dauid bene memor amicitiæ, quam contraxerat cum Ionatha, quando nimis cito filiũ eius exhæredauit. 2.Re.16

Sublimauit Dominus Hieroboam super decẽ tribus. Et statim ille libidine dominandi elatus, populum peruertit à cultu dei. 3.Re.12

4.Re.6 Elisęus multa bona fecerat regi Israel, & toto populo, & tamen propter caristiam quæ erat in terra, pręcepit caput ęius amputari, sed deus aliter ordinauit.

2.Par.24 Non est recordatus Ioas rex Iuda misericordiæ, quam fecerat Ioiada pontifex secum. Sed interfecit Zachariam filium eius arguentem illum eo quod dominum reliquisset.

2.Par.25 Amasias diuino fretus auxilio, vicerat Idumæos, & filios Seir. Et tamen auferens deos eorum, adorauit illos. Missus autē ad eū propheta, dixit. Cur adorasti deos, qui non liberauerunt?

2.Par.32 Ezechias iuxta beneficia quę acceperat nō retribuit domino, quia eleuatum est cor eius.

Esth.16 Multi bonitate principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiā. Nec cōtenti sunt, gratias nō agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare, sed dei quoq; cuncta cernentis, arbitrantur se fugere posse sententiam.

Esaię.1. Conquerendo dicit dn̄s de populo Iudæorū: Filios enutriui & exaltaui, Ipsi autē spreuerunt me. Et cōuicit eos esse bestijs minus gratos. Subditur. Cognouit bos possessorē suum, & asinus pręsepe dn̄i, Israel autem me non cognouit.

Esa.7 Multa & magna beneficia volebat dn̄s facerę Achab regi Iuda, prout mandauit ei per Esaiam, quę tamen ille acceptare contempsit.

1.Mac.10 Misit Ionathas fortes armatos qui liberauerūt regem Demetrium de manibus Antiochenorū. Et postea alienauit se Demetrius à Ionatha, et nō retribuit ei secundum beneficia quę sibi tribuerat & vexabat eum valde.

Luc.17 De decem viris leprosis à Saluatore mundatis, tantum regressus ęst vnus magnificans deum & gratias agens.

Ingrati

Ingrati fuerunt Paulo domini vel parētes puellę Phytonissæ, à quo spiritum malū Paulus eiecit. Magis enim doluerunt de quęstu amisso q̄ grauiti sunt de dęmone expulso.

CAPVT LXVI.

Quod veritas odium parit.

BAlaac rex Moab multum dolebat, quando Balaam bona dicebat de filiј Israel, licet essent vera. Nec eum honorauit, sicut honorasset, si & placentia verba dixisset. Decreuerā quidem honorare te &c. Num.24

Ionathas filius Gedeonis fugit à facie Abimelech, cum dixisset verum de eo, & de illis qui male eum elegerunt. Iudic.9

Iratus est aul contra Ionathan filium suum, quia ille excusabat Dauid, qui vere innocens erat erga ipsum Saul. 1.Re.20

Achab oderat Michęam prophetam, quia ille dicebat veritatem sibi. Ego odi eum (inquit) quia nunquam prophetat mihi bonum, sed malum. 3.Re.22

Cum increpasset Ananias propheta Aza regem Iuda, quia confisus erat in Benadab rege Syriæ. Iratus est Aza, misitq; videntē in neruum. 2.Par.16

Ad imperium regis Ioas, lapidatus est Zacharias filius Ioiadæ, qui regem & principes arguebat, pro eo quod dominum reliquissent. 2.Par.24

Cū dixisset Achior magnalia quę fecerat deus pro filiјs Israel, et magnam esse eius potestatem: irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum. Holofernes etiam indignatus est vehementer. Iudith.5.6

Clausit Hieremiam prophetam in domū carceris. Sedechias rex Iuda dicens. Quare vaticinaris, dicens. Hęc dicit dominus? Hier.32

Cum legisset Baruch verba quæ scripserat ex Hier.36

ore Hieremię coram Ioachim rege Iuda: fecit rex eum in ignem proijci volumen. Quia dicebatur ibi veritas, de ciuitate Hierusalē capienda. Et pręcepit rex Baruch & Hieremiam comprehendi, sed deo nolente, tunc non fuerunt inuenti.

Hier.38 Postmodū vero cū iterū propheraret captionē ciuitatis missus fuit in lacū, vbi non erat aqua sed lutum. Et descēdit Hieremias in cœnum.

Dan.13 Pro eo, quod Daniel probauit Bel, & draconem non esse deos, Babylonij conuenerunt aduersus regem, & procurauerunt Danielem mitti in lacum Leonum.

2.Mac.6 Ex bonis & veris sermonibus Eleazari, hi q̃ eum trahebant ad supplicium, & paulo ante fuerant mitiores, conuersi sunt in iram.

Mat.14 Mar.6. Quia Ioannes Baptista dicebat Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui, fecit eū Herodes incarcerari, & postea decollari.

Luc.11. Cum dominus increparet de multis hypocritas & Pharisęos, cœperunt illi grauiter insistere, & os eius opprimere, de multis insidiantes ei, & quęrentes rapere aliquid ex ore eius.

Ioan.9 Pharisęi cæco nato, à Dño illuminato maledixerunt, & extra synagogam eiecerunt. Pro eo, q̃ veritatem constantissime fatebatur.

Act.5 Principes sacerdotū audientes verba Apostolorum de doctrina Christi, dissecabantur, & cogitabant interficere illos, & cæsis denūciauerūt, ne amplius loquerentur in nomine Dñi Iesu. Et illi ibant gaudentes à conspectu concilij.

Act.7. Audiētes Iudęi beati Stephani verba, dissecabantur cordibus suis, & stridebāt dētibus in eū. Et eijcientes eū extra ciuitatē lapidabant.

Act.9 Multos et magnos habuit aduersarios beatus Paulus, pro verbis veritatis & sobrietatis quę ipse homi-

ſe hominibus loquebatur.

Item ad Galatas. Ergo inimicus factus ſum vobis verum dicens?

CAPVT LXVII.

De Mendacio.

PRimum mendacium fuit à ſerpente prolatum, quando dixit mulieri. Nequaquam moriemini. Gen.3

Sara timore perterrita, à riſu ſe mendaciter excuſauit. Gen.18

Etiã fornicatores mendaciũ dicere dedignantur. Sicut Iudas qui dixit. Mendacij nos arguere nõ poterit, Thamar (ſcilicet) cui hœdũ ꝓmiſerat. Gen.38

Mendaciũ obſtetricũ, quod dixerũt Pharaoni, filios Hebrçorũ iugulare nolentes. Habuit remunerationẽ tẽporalẽ, & non æternã. Licet fuerit illud mendacium valde compaſſiuum. Exo.1

Multoties Pharao voluit decipere Moyſen ꝑ mendacia. Sed tamen nihil ei profuit. Exo.9.10

Sedens & flens dixit populus in deſerto. Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis. Num.11

Callide cogitantes Gabaonitę voluerũt Ioſue mendaciter decipere. Sed ille bono vſus eſt conſilio, eos in ſeruitutẽ redigit, nec initũ fœdus rupit Ioſue.9

Nunquam licet mendacium dicere, ſed veritatem licet. Et expedit quandoq; tacere, ſicut fecit Samuel, dicens. Ad immolandum domino veni. Ad aliud enim facere principaliter venerat. Et nihilominus hoc facere proponebat. 1.Re.16

Dixit Saul ſeruos ſuos coniuraſſe aduerſum ſe. Quia non capiebant Dauid. Et dixit Dauid ſeruũ ſuum inſidiari ſibi. Ipſe vero inſidiabatur ei. 1.Re.22

Occiſo vnico de filijs Dauid fama peruenit ad ipſum Dauid dicens. Percuſſit Abſalon omnes filios regis 1.Re.13

lios regis

llos regis. Sic faciunt homines sæpe nuntiando rumores.

2.Re.17 Officiose mentitus est Chusai Absalon dicēs. Sicut parui patri tuo, parebo & tibi.

3.Re.13 Vir dei prędixit Hieroboam destructionē altaris sui, qui per falsi prophetæ mendacium seductus fuit, & mandatum domini pręteriuit.

3.Re.21. Duo falsi testes producti contra Naboth, fuerunt caussa dilapidationis eius.

3.Re.22 Spiritus mendax in ore multorum prophetarum decepit Achab, vt iret ad pugnam. Et ibidē fuit percussus ad mortem.

Iudith.10 Per verba, quæ dixit Iudith Holoferni, decepit eum. Licet excusetur, propter intentionem quam habuit.

Esth.3 Pessimum mendaciū adinuenit Aman, vt posset confundere Mardochęum, eo quod illū adorare nolebat.

Hier.41 Accesserunt ad Hieremiam principes & vulgus, quod remansit post destructionem Hierusalem, & dixerunt se facturos quicquid ille præciperet eis, siue bonum esset, siue malum. Sed largā promissionem male tenuerunt.

Dan.13 Pernitiosum & detestabile mendacium dixerunt duo presbyteri senes aduersus Susannam: Quam tamen ex constantissima castitate commēdare debebant.

1.Mac.1. Antiochus rex misit principes tributorum in ciuitates Iuda, & venit in Hierusalem, & loquutus est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, & irruit super ciuitatē repēte, & percussit eā plaga magna, perdiditq; populum multum.

1.Mac.6 Cum obsideret Antiochus Eupator Hierusalem, vt posset capere eam, misit ad illos, qui erant intus pacem facere, & ceperunt illam, & iurauit

illis

filis rex & principes, sed rupit citius iuramentũ, & mandauit destrui murum.

Alchinus qui voluit fieri summus sacerdos, dixit regi Demetrio. Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos. Deinde, idem venit in terram Iuda, cum Bacchide, & miserunt nuntios ad Iudam & fratres eius, & loquuti sunt verbis pacificis in dolo, & tandem probatum est, quod non erat in eis veritas & iudicium. 1. Ma. 7

Promisit Demetrius Ionathæ, quod redderet ei arcem, sed cũ liberatus fuisset per Iudęos quos misit Ionathas, mentitus est Demetrius omnia quęcunq; dixit, & alienauit se à Ionatha. 1. Ma. 11

Misit Simon Tryphoni centum talenta argẽti, & duos filios Ionathæ, pro liberatione ipsius. Quia promiserat Tryphon remittere Ionatham si hoc fieret ei. Sed mẽtitus est Tryphon, quia argentũ retinuit. Et patrẽ cum filijs interfecit. 1. Mac. 13

Mentiti sunt contra dominum Iesum Iudæi, pręcipue scribæ & pharisæi, qui magis inuidebãt ei, dicentes eum esse potatorem, mendacem, voracem, & prohibentem tributa dari Cęsari, gentis subuersorem, & turbarum seductorẽ, dæmoniacum, & blasphemum. Mat. 11. 22 In euangelijs.

Nequissimum mendacium excogitauerũt Iudæi, quando corruperũt custodes dominici sepulchri, vt dicerent. Quod discipuli de nocte furati fuerunt corpus domini. Mat. 28

Ananias & vxor eius Saphira mentiti sunt Petro, de pretio agri venditi. Quod mendaciũ fuit per Petrum grauissime vindicatum. Act. 5

Iudęi statuerũt duos falsos testes cõtra beatũ Stephanum dicentes. Homo iste non cessat loqui verba aduersus sanctum locum & legem. Act. 6.

Contra beatum Paulum multa fuerunt adinuenta Act. 16

uenta mendacia. Nam isti quæstuarij qui habebãt puellam Phytonissam in Philippis, à qua ipse spiritum Phytonem eiecit, dixerunt magistratibus ciuitatis. Hi homines conturbant ciuitatẽ nostrã, cum sint Iudęi: & annuntiant morem, quem non licet suscipere.

Act.17 Itẽ apud Athenas dicebant quidã. Quid vult spermologus hic dicere? Alij dicebant. Nouorũ dæmoniorum videtur annuntiator esse.

Act.21. Rursus in Hierosolymis quidam Iudæi iniecerunt ei manus clamantes. Viri Israelitæ adiuuate. Hic est homo qui aduersus populum & legẽ, & locum hunc omnes vbiq; docet. Insuper & gentiles induxit in templum, & violauit locũ istum sanctum.

Act.24 Postea corã Felice Præside, Tertullius orator Iudęorũ, dixit eum hominẽ pestiferũ, & concitãtem seditionem Iudęis in vniuerso orbe.

Act.28 Pręterea in Insula Mytilene, videntes Barbari viperã in manu Pauli pendentem, dicebant ad inuicẽ. Vtiq; homicida est homo hic, qui cũ euaserit de mari, vltio eum viuere non sinit.

Rom.3 Testatur etiã Paulus de seipso. Aiunt quidam nos dicere, quemadmodũ de nobis male loquuntur. Faciamus mala, vt eueniant bona.

2.Cor.10 Et ad Corinthios. Epistolæ, inquit, quidam aiunt, graues sunt, at præsentia corporis infirma, & sermo contemptus.

CAPVT LXVIII,

De proditione.

1.Re.18.19. PAtiente Saule vexationẽ à dæmone, Dauid coram ipso psallebat, & ille nisus eum configere parieti cum lancea quam tenebat.

1.Re.18 Saul promisit se daturũ filiã suã Dauid, vt per occasionẽ possit à Philistæis occidi.

Saluauit

Saluauit Dauid habitatores Ceilæ, ab exercitu Philistinorum oppugnantium ciuitatem. Et tamen voluerunt eum tradere Saul, æmulo, ipsum ad mortem persequenti. 1.Re.23

Postquã Saul fleuerat, quasi doleret de persequutione Dauid, & Dauid ei iurauerat, psequut⁹ est Dauid ita neqter & acriter, sicut prius fecerat 1.Re.24

Vrias derulit ad Ioab ex parte Dauid, literas mortis. 2.Re.11

Amnon filius Dauid, vocauerat sororẽ Thamar, quasi de manu illius cibum sumere deberet. Et postea oppressit eam. 2.Re.13

Vocauit ad conuiuium Absalon Amnon fratrem suum, & ibidem occidit eum. Eodem

Cum salutasset Ioab Amasam, quasi osculari eum vellet, percussit eum in latere, & effudit intestina illius. 2.Re.20

Zambri dux mediæ partis equitum, occidit Hela dominum suum: et regnauit post eum septẽ diebus tantum. Obsessus enim fuit, & succendit se, & palatium in quo erat. 3.Re.16

Sellũ filius Iabes coniurauit contra Zachariã regẽ Israel dominũ suum, & interfecit eum, & regnauit post eum vno mense tantum. 4.Re.15

Cum oraret Sennacherib in templo Deũ suũ, duo filij sui percusserunt eum, sed tamen neuter eorum regnauit post eum. 4.Re.19

Quidam inimici Neemiæ, voluerunt fœdus cũ eo maliciose componere, & cogitabant ei facere malum, dederunt etiam pretium, vt eum ducerẽt in peccatum. Neem.6

Duo ianitores regis Ahasueri, qui in primo limite palatij residebant, voluerunt in regem insurgere, & ipsum occidere. Esth.2

Venit Ismael filius Nathaniæ, & multi cum eo, & 4.Re.vlt.

eo,& comederunt cum Godolia, quē pręfecerat rex Babylonis terrę Iuda. Et post prandium surrexerunt & interfecerunt eum, qui nihil mali voluerant credere contra illos.

1.Mac.1 Antiochus rex misit tributorum principem in ciuitates Iuda,& venit in Hierusalē: & loquut⁹ est illis qui erant intus verba pacifica in dolo, & crediderunt ei,& irruunt super ciuitatē repente.

1.Mac.6. Cum obsideret Antiochus Eupator Hierusalem,nec posset eam capere,misit ad illos, qui intus erant,pacem facere,et receperunt illam. Iurauitq; eis rex:sed rupit citius iuramentum.

1.Mac.11. Ptolemęus rex Ægypti quęrebat obtinere regnum Alexādri generi sui dolo. Et cum intrasset ciuitates Alexandri cum magno exercitu, & reciperetur in eis honorifice, de mandato Alexandri ponebat custodias militum in eis.

1.Mac.12 Videns Tryphon q; Ionathas venit cū exercitu multo,iussit retineri paucos, & alios remitti. Et cum factū fuisset,captus est Ionathas cū mille quos retinuerat,& alij sunt reuersi.

1.Mac.13 Cum ambularet Tryphon cum rege Antiocho adolescēte domino suo,dolo occidit eum, & regnauit loco eius.

1.Mac.16 Ptolemæus filius Abobi, gener summi sacerdotis,fecit conuiuiū Simoni,et duobus filijs eius Et cum inebriati essent,occidit eos.

2.Mac.5. Cū venisset Apollinus Hierosolymā,simulās quieuit vsq; ad diem sabbati, & tunc feriatis Iudęis ingentem multitudinem peremit.

2.Mac.10 Audiēs Iudas Machabęus quod illi qui obsederant turres,vbi erant inimici gentiles, pecuniam acceperant,& quosdam abire permiserant: Illos tanquam proditores & fratrum venditores, interfecit,& confestim turres occupauit.

Omnes

Omnes alias proditiones in nequitia & perversitate superat illa, quę facinorosissimus Iudas contra dominum procurauit. Qui dominum & magistrũ suum vendidit pro tantillo pretio. Etiã in manus hostium tradidit osculando. Mat. 26 Mar. 14 Luc. 22. Ioan. 18

Accesserunt quidam Iudęi ad principem sacerdotum & seniores dicentes eis. Vt facerent quod Tribunus Lysias, qui Paulum tenebat vinctum adduceret illum in medium, tanquã si essent de eo aliquid certius cognituri. Ipsi vero parati statim erant interficere illum. Act. 23.

CAPVT LXIX.

De Adulatione.

CHore & complices eius cum stetissent aduersus Moysen & Aaron, dixerũt. Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorũ est, & in ipsis est Dñs. In quo apparet, quod captabant beneuolentiam populi. Num. 16.

Adolescens narrans Dauid mortẽ Saul, & filiorum eius occisus fuit de mandato ipsius. Putabat autem se prospera nuntiare. 2. Re. 1.

Duo latrones, qui filium Saul Isboseth occiderunt, & caput eius Dauid attulerunt, placere crediderunt, sed Dauid bene ostendit, quod sibi displicuit. 2. Re. 4

Dicebat Absalon homini negotiũ habẽti corã rege Dauid. Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat, constitutus á rege. 2. Re. 15

Mali prophetæ dicebant Achab regi Israel, de bello futuro prospera, secundum quod eum velle sciebant. 3. Re. 22

Post obitum Ioiadę sacerdotis, principes Iuda adorauerunt regem. Qui delinitus obsequijs eorum acquieuit eis, & dereliquerunt templum dñi seruieruntq; lucis & sculptilibus. 2. Par. 24

1.Esd.4 Ædificantibus tēplū filijs Iudæ, post reditum de captiuitate, hostes eorū scripserunt regi. Nos memores salis quod in palatio comedimus. Et quia læsiones regis videre nephas ducimus.

Iudith.2. Nabuchodonosor dixit maioribus natu, et du cibus bellatorum suorum, cogitationem suā esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio, quod cum placuisset omnibus &c.

Esth.1 Rex Ahasuerus iratus contra Vasthi reginā, interrogauit sapientes consiliarios suos, cui sen- tentiæ Vasthi subiaceret? Qui non temperaue- runt regis furorem, nec excusauerunt absentem, sed vnus respondit cum indignatione dicens, Re- gis iusta est indignatio.

Esth.5. Amici Aman & vxor eius, non auertētes pes simum animum, quem habebat erga Mardochę- um, nec increpauerunt eum, sed dixerunt. Iube excelsam parari trabem.

Dan.6 Principes & Satrapæ Darij regis Persarum, cupientes quod rex iniquum statueret decretum. Proposuerunt aliquid, quod videbatur pertinere ad honorem ipsius.

1.Mac.7 Alchinus proditor impius, qui volebat fieri sa cerdos, dixit regi Demetrio. Perdidit Iudas & fratres amicos tuos. Sequitur postea. Quod Al- chinum hunc constituit rex in sacerdotio, & mā- dauit ei facere vltionem in filios Israel.

Mat.11 Recedentibus discipulis Ioannis, cœpit Dn̄s ipsum mirabiliter commendare contra illos, qui palam laudant, & occulte detrahunt.

Mat.22 Pharisęi volentes capere Christum in sermo- ne, cœperunt magnas laudes ei dicere, Magister, scimus quia verax es &c.

Act,12. Videns Herodes Agrippa rex magnus, quia placeret Iudæis in hoc, quod quosdam de ecclesia

cepe-

ceperat, & Iacobum fratrem Ioannis occiderat, apposuit apprehendere & Petrum.

Herodi nequissimo regi, qui occiderat Iacobũ & incarcerabat Petrum. Populus acclamabat, voces dei & non hominis. Eodem

Orator Tertullius contra Paulum à principe sacerdotum adductus; In principio orationis adulatus est Felici prȩsidi.

CAPVT LXX.

De derisione & conuitijs.

VIri Sadoch & Samuel deriserunt Gedeonem, Zebeȩ et Salmana persequentẽ. Sed inde male eis accidit, quia male eos postea tractauit. Iudic. 8

Contempsit Nabal verba nuntiorum Dauid stomachando, dicẽs. Quis est iste Dauid? Et quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. 1. Re. 25

Michol videns regem Dauid saltantem ante arcam domini, despexit eum, quia nudum eũ vidit. Et postmodum insultando vel deridẽdo, dixit. Quàm gloriosus fuit hodie rex? 2. Re. 6

Derisorijs verbis dixit impia Iezabel ad Achab. Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel. 3. Re. 21

Quia pueri illuserũt Elisȩo dicẽtes. Ascẽde calue. Duo vrsi lacerauerunt. xlij. ex eis. 4. Re. 2

Cursores quos misit Hezechias, pergebãt velociter de ciuitate in ciuitatem. Prȩdicantes vt filij Israel reuertantur ad dominum. Illis irridẽtibus vero ac subsannantibus &c. 2. Par. 30

Mittebat dñs prophetas quotidie cõmonens eos, quod parcerẽt populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios dñi, & paruipendebãt sermones eius, illudebant prophetis. 2. Par. 36

Neem.3.4 Sanaballat & Tobias audierunt quod ædifi-cabantur muri Hierusalem, & irridebant Iudęos ædificantes.

Tob.2 Excęcato Tobia, parentes & cognati eius irri debant vitã eius, dicentes. Vbi est spes tua? pro qua eleemosýnas & sepulturas faciebas?

1.Ma.7 Videns Nicanor holocausta quę offerebantur à Iudęis pro rege irridens spreuit eos, & loquu-tus est superbe, & iurauit in ira.

2.Mac.7 Antiochus crudelis tyrannus ex verbis septi-mi fratris accensus, ita in illũ super omnes crude-lius desęuit. Indigne ferens derisum se.

Derisus fuit multipliciter Dominus Iesus, vt infra patebit Cap. de Patientia.

Act.2. Quidam Iudæi videntes discipulos Domini loquentes varijs linguis, post infusionem spiritꝰ sancti, irridebant dicentes. Quia musto pleni sunt viri isti.

Act.17. Cum audissent Athenienses resurrectionem mortuorum, quam annuntiabat Paulus, quidam irridebant, quidam vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterum?

CAPVT LXXI.

De detractoribus & maledicis.

Gen.39 IMpie detraxit Ioseph innocenti & pudico do mina eius, apud virum suum.

Exo.10 Cui dubiũ est, quod pessime cogitetis, di-xit Pharao Moysi. Per quod patet pessimos ho-stes quandoqꝫ viris optimis iniqua impositione, & falsa, cum multa audatia affirmare.

Num.12 Loquuta est Maria & Aaron contra Moysen modica occasione assumpta. Sed cito sequuta est vltrix pœna.

Num.14 Detraxerunt filij Israel terræ promissionis, in malum suum.

Occa-

Occasione seditionis Chore & complicũ suorum, fuerunt multi terribiliter occisi. Et post murmurauit multitudo contra Moysen & Aaron, dicens. Vos interfecistis populum domini. Num.16.

Quamuis esset malus Balaã, tamen dixit. Qđ nequaquam malediceret populo, cui benedixerat dominus. Et quo ad hoc. Multi inueniuntur deteriores illo, qui libentius & frequẽtius maledicũt & detrahunt tam bonis q̃ peruersis. Num.23

Saul fuit in principio valde bonus, & tamen dixerũt quidam filij Belial. Vnde saluare nos poterit iste? 1.Re.10

Occasione Doged Idumei, referentis Saul qđ Abimelech sacerdos confortauerat Dauid, occidit octuagintaquinq; viros portantes Ephot, & multos alios paruulos & mulieres. 1.Re.22

Satrapæ Philistinorum procurauerunt apud Achis regem Geth, quod Dauid qui iudicio eius bonus erat, fuit amotus de honesto officio in quo ipsum posuerat. 1.Re.29

Adolescentem narrantem Saul & filiorũ eius mortẽ, iussit Dauid interfici, cũ putabat illi prospera nuntiare. 2.Re.1

Principes filiorũ Amnon dixerunt ad dominũ suum. Putas quod propter honorẽ patris tui Dauid, miserit ad te consolatores? Et sic peruerterunt simplicẽ & puram intentionem Dauid. 2.Re.10

Absalon ambiens regnum, dicebat habẽti coram se negotium. Non est qui te audiat constitutus á rege. 2.Re.15

Siba seruuus Mephiboseth, nequiter detraxit dño suo apud Dauid. Et fides vnius cito fuit adhibita, prauis illius verbis. 2.Re.16

Ædificantibus tẽplũ filijs Iuda, qui redierant de Babylone. Hostes eorum iniquã miserunt epi 1.Esd.4

ſtolam Artaxerxi regi, vt opus faceret intermitti

Tob.3. Cum Sara filia Raguelis vnā de ancillis increparet pro culpa ſua, reſpondit. Amplius ex te nō videamus filium aut filiam ſuper terram interfectrix virorum tuorum.

Eſth.2. Occaſione ſolius Mardochęi, qui ſuperbiſſimū Aman adorare nolebat: Ipſe Aman ſuggeſſit regi Ahaſuero, quod populus Iudęorū regis iuſſa cōtemneret, & per totū regnū diſcordias ſeminaret Ita quod omnes fuerunt adiudicati morti, ſed diuina pietas de eorum liberatione prouidit.

Hier.38 Quia Hieremias prędicabat capiendā eſſe ciuitatem Hieruſalē à Chaldæis, dixerunt principes populi Sedechię regi. Homo iſte non quęrit pacē populo huic, ſed malum.

Dan.3. Accedentes viri Chaldęi, accuſauerunt Iudæos, dicentes Nabuchodonoſor regi. Quod ſocij Danielis non adorabant deos illius, & eſſent trāſgreſſores regij decreti.

Dan.6. Principes & Satrapæ Darij regis Perſarū, inuidentes Danieli, accuſauerunt eum apud regem quia ipſe oraret & obſecraret alium deū q̄ ipſum regem Darium.

Dan.13 Duo illi ſenes presbyteri conati ſunt Suſannā turpiter infamare. Sed deus eam mirabiliter per abſtinentem puerum liberauit.

1.Mac.7 Alchinus qui volebat fieri ſummus ſacerdos, & quidam alij iniqui dixerūt regi Demetrio: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, et nos diſperſerunt de terra noſtra.

1.Mac.10 Conuenerunt aduerſus Ionathan viri peſtilētes ex Iſrael, vt interpellarent regē Alexandrum aduerſus eum, & non intendit ad eos rex.

2.Mac.2. Simon de tribu Beniamin, præpoſitus templi venit ad Appollonium, & dixit, Ærarium pecunijs innu

nijs innumerabilibus esse plenum.

Prædictus etiam Simon, male loquebatur de Onia prouisore ciuitatis, ac defensore gentis suę, & æmulatore legis dei, audebat insidiatorem regni dicere. 2. Mac. 4

Veniens ad regem Demetriū Alchinus, dixit inter cætera. Quandiu Iudas superest, impossibile est pacem dare negotijs. 2. Ma. 14.

Vidētes Pharisęi Dn̄m discūbentem in domo Matthęi, dicebant. Quare cū publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Mat. 9

Simile accidit de Zachęo, murmurabāt quod apud hominem peccatorem diuertisset. Luc. 19

De Ioanne Baptista multum ieiunante, dicebant quidam: Dęmonium habet. Mat. 11.

De dn̄o autē Iesu, cū peccatoribus comedēte, dicebant. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Eodem

Viso miraculo de cæco, per dominū Iesum illuminato, Pharisęi detractarunt domino, dicētes. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Et maledixerunt homini illi, et dixerunt. Tu discipulus eius sis. Quę quidem maledictio sit super vos, & super filios vestros. Ioan. 9

Scribę & Pharisęi detractarunt dn̄o, dicentes. Eum esse Samaritanū, dęmoniacū, blasphemum, peccatorem, potatorem, voracem, mendacē, prohibentem tributa dari Cæsari, gentis subuersorē, populi seductorē. Hęc omnia possunt ex diuersis locis Euangeliorum haberi.

Non valentes Iudæi resistere sapientię Stephani, & spiritui, qui loquebantur per eum. Adduxerunt in consilium duos falsos testes, dicentes. Homo iste non cessat loqui aduersus populum, legē & locum. Act. 6

Act.16. Quidam quęstuarij dolentes quod amiserant quęstum suum, eo quod Paulus eiecerat spiritum Phytonem à quadã puella, quã illi habebant, dixerunt magistratibus. Hi homines conturbãt ciuitatẽ nostrã. Et ad verba eorum praua concurrit plebs aduersus illos, & scissis vestibus eorũ, iussi sunt virgis cædi, & in carcerem mitti.

Act.18 Gallione proconsule Achaiæ existente, insurrexerunt vno animo Iudęi cõtra Paulũ, & adduxerunt eũ ad Tribunal dicẽtes. Quod contra legẽ homo hic persuadet hominibus colere deum.

Act.19. Apud Ephesum, quum quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam domini coram multitudine, discedens ab eis Paulus, segregauit discipulos.

Act.21. Quidã Iudęi de Asia, videntes Paulũ in tẽplo, clamauerunt. Viri Israelitæ, adiuuate, hic est homo qui aduersus populũ & legẽ & locũ hũc omnes vbiqꝫ docens, insuper & gentiles induxit in tẽplũ, & violauit sanctum locum istum.

Act.24 Corã Felice præside, proposuit contra Paulũ, Tertullius orator pro Iudęis dicens. Inuenimus hunc hominem pestiferum, concitantem seditiones, omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorem seditionis, sectę Nazarenorum, qui etiã templum conatus est violare.

Act.17 Disputante Paulo apud Athenas, quidã Epicuræi & Stoici Philosophi dicebant. Quid vult spermologus hic dicere? Alij vero. Nouorũ dæmoniorum annuntiator est.

Act.28 Barbari videntes viperam pendentem in manu Pauli, dixerunt. Vtiqꝫ homicida hic est, qui cũ euaserit de naui &c. Sed cito postea opinionem mutauerunt.

Caput

CAPVT LXXII.

De liberalitate, misericordia, & largitate.

Rebecca filia Batuel, valde liberaliter respõdit famulo Abrahę dicẽs. Bibe dñe mi. Gen. 24

Liberaliter egit Moyses defendendo filias Iethro à pastoribus, qui eas adaquare pecora non sinebant. Exo. 2

Audiens Moyses quod socer suus Iethro veniret ad eum, egressus est in occursum eius, & ipsum multipliciter honorauit. Exo. 18

Filij Israel, mẽte prõptissima atq; deuota obtulerũt, ad faciendũ opus tabernaculi: Et quicqd ad cultum & vestes sanctas erat necessariũ. Et sequitur. Artifices cõpulsi, dixerunt Moysi. Plus offert populus, q̃ necessarium est. Exo. 36

Petijt Moyses à rege Edom. Obsecramus, vt nobis transire liceat per terrã tuam, nõ ibimus per agros, non per vineas, nec bibemus aquas de puteis. Num. 20

Gedeon petijt à viris Sochot & Phanuel, panes pro cõmilitonibus fatigatis, qui dare renuerunt: Sed male vtiq; accidit ei. Iudic. 8

Nabal illiberaliter se habuit ad Dauid petentẽ aliquid sibi dari. 1. Re. 25

Obtenta victoria de Amalechitis, Dauid misit dona de præda, senioribus Iuda proximis suis dicens: Accipite benedictionem. 1. Re. 30

Præcepit Dauid vt Mephiboseth comederet panem in mensa sua semper, & totam domum Saul dedit ei. 2. Re. 9

Fugiẽti Dauid à facie Absalom, Sobi & Machir, & Berzillai obtulerunt ei multa exercitui necessaria, frumentum, hordeum, farinam. 2. Re. 17

Qui Berzillai astitit Dauid, quando fugiebat Absalom filiũ suum, Obtenta Dauid victoria, re- 2. Re. 19

tinuit filium illius de familia sua.

3.Re.10 Regina Saba multa obtulit Salomoni. Et Salomon dedit omnia, quæ petijt, exceptis his, quę vltro obtulit illi munere regio.

2.Pa.28 Quidã boni viri de Israel, captiuos Iudęos vestierunt, & illos q ambulare nõ poterãt, imposuerunt iumẽtis, & duxerunt ad fratres eorum.

1.Esd.1. Rex Cyrus protulit vasa templi domini, quæ tulerat Nabuchodonosor, & remisit ea in Hierusalem. Fuerunt autem vasa aurea, & argentea quinq; millia quadraginta.

1.Esd.2 Redeuntes de Babylone filij Iuda, obtulerũt sponte secundum vires suas, ad extruendam domum domini.

1.Esd.6 Præcepit rex Darius, vt ædificaretur in Hierusalem domus dei, & darentur sumptus de arca regis. Licet quidam æmuli, opus impedire per literas laborarent.

1.Esd.7 Gloriosam & liberalem epistolam dedit Artaxerxes rex Esdræ sacerdoti, venienti in Hierusalem ad consolandum Iudæos.

Neë.2 Rex Artaxerxes liberaliter se habuit ad Neemiam venientem in Iudæam, & dedit ei epistolas, quales petierat.

Neë.5 Neęmias valde liberalis legatus, qui; populũ annona & exactionibus non grauauit, & his ad quos venit, plurima bona fecit.

Tob.1. Tobias oĩa quę habere poterat cũ captiuis fratribus, qui erãt de genere suo, impartiri studebat, esurientes alebat, nudisq; vestimenta prębebat.

Tob.10 Raguel tradidit Tobiæ iuniori substantiam suam vsq; ad dimidium, ad Saram filiam suam.

Tob.12 Tobias iunior, multum fuit gratus Raphaëli, quem hominem putabat, & valde bene recognouit beneficia, quæ ab eo receperat. Et exindę

pater

pater & filius mediam partem omnium bonorũ illi liberaliter obtulerunt.

Rex Ahasuerus iussit præparari cõuiuiũ permagnificũ, pro cõiunctione & nuptijs Esther, et dedit requiẽ vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Esth. 2

Vidẽs Esther reginã, rex Ahasuerus dixit ei, Quid vis Esther? Quæ est petitio tua? Et si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. Esther. 5

Quæsiuit rex Ahasuerus, quantum honoris ac præmij consequutus esset Mardochæus pro fide, quam erga ipsum seruauerat. Cumq́ intellexisset eum nihil accepisse mercedis, fecit eum magnifice honorari. Esther. 6

Filij Hiob facientes conuiuia, vnusquisq́ in die suo, vocabat sorores suas, vt comederent & biberent cum eis. Hiob. 1

Pium & misericordem se fuisse ad pauperes, ostendit beatus Hiob, dicens. Cor viduæ consolatus sum, pater eram pauperum. Idem: si comedi buccellam meã solus, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio. Hiob. 29 & . 30

Magister militiæ regis Babylonis, dedit cibaria & munuscula Hieremię. & dimisit eũ quocũq́ vellet ire. Promittẽs ei multã humanitatem, si vellet pergere cũ eo in Babylonẽ. Et nihilominus dedit ei liberam facultatem remanendi. Hier. 40

Seleucus Asiæ rex, de hęreditatibus suis, tẽpore Oniæ summi põtificis, pręstabat omnes sumptus ad ministerium sacrificiorũ pertinentes. 2. Ma. 2

Apertis thesauris suis, nõ paruis loculis, in quibus oboli reponuntur, obtulerũt Magi domino pauperi, Aurum, Thus, & Myrrham. Mat. 2

Magnificus & largus remunerator dominus est, q relinquẽtibus propter eũ temporalia bona, Mat. 19

reddit

reddit centuplum in hoc sęculo, & vitam æternam in futuro.

Mat.12 Luc.6 Ex pia liberalitate proueniebat q̃ dñs discipulos spicas vellẽtes Sabbatis, & manibus cõfricãtes, cõtra Pharisæos maledicos defendebat.

E fonte liberalitatis dimanat, quod dominus peccatores ad conuescendum, ad colloquendum, & osculandũ admisit de populo, vt patet in Matthæo.9. & Lucæ.5

Luc.15. 19. & .7 Mat.26 Mar.14 Item & de illis publicanis peccatoribus, qui appropinquabant ad eum, vt audirẽt illum. Et de Zachæo. Lucæ.19. Exemplum quoq; de Maria, quæ osculabatur pedes eius. Itẽ, & de Iuda propter quod benignitatis signum infœlix, citius resipiscere debuisset.

Mat.14 Sequutę sunt turbę pedestres dñm Iesum, de ciuitatibus in desertum. Vespere autem facto dixerunt ei discipuli. Dimitte turbas, vt eũtes emãt sibi escas. Ipse vero tanq̃ liberalis, respondit. Date illis vos manducare.

Luc.19 Distribuendo & restituendo largus fuit Zachæus, cũ dixit ad dominũ. Ecce, dimidiũ bonorum meorũ, Domine do pauperibus. Et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Luc.21 Donum pauperculæ viduæ, quæ misit duo æra minuta in Gazophilacium, præfertur à Domino muneribus diuitum.

Luc.23 Valde liberalis fuit dominus latroni pendenti & petenti: Memento mei, cum veneris in regnum tuum: Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradyso.

Ioan.2. Benignitatẽ & liberalitatem dignatus est dominus ostendere, quãdo vocatus ad nuptias pauperes iuit, & ibidem aquam in vinum conuertit vt exhilararet pauperes discumbentes.

Magna

Magna dei liberalitas apparet in illa similitudine de seruo nequam, cui dixit Dominus. Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Mat. 18

Ioses, qui cognominatus est Barnabas, cũ haberet agrum, vendidit illum, & attulit pretiũ & posuit ante pedes apostolorum. Act. 4

Audientes discipuli, qui erant Antiochię, qđ fames futura erat in vniuerso orbe proposuerunt in ministerium mittere, habitantibus fratribus in Iudæa. Quod & fecerunt, mittentes per manus Barnabæ & Saulis. Act. 11

Quædam mulier purpuraria nomine Lydia, baptizata ad prędicationem Pauli, valde liberaliter & deuote rogauit, immo coëgit Paulum & socios suos manere in domo sua. Act. 16

Cũ euasissent Paulus & socij de naui fracta, tẽpore hyemali, Barbari nõ modicã humanitatem præstabãt eis. Accensa enim pyra reficiebãt eos, propter imbrẽ, qui imminebat & frigus. Act. 28

Publius princeps insulæ Mytilene, ad quam Paulus & socij eius post tempestatem venerunt suscipiẽs eos, triduo benigne se eis exhibuit. Paulus autem patrem eius febribus, & dyssenteria laborantem, sanauit. Eodem

Apparet Paulũ erga pauperes valde liberalẽ fuisse, quorum negotia tã solicite procurabat. Vt patet de collectis, quas diligentissime fieri faciebat. Si dignum fuerit, vt ego eam, mecum ibunt, ait, Et qui parce seminat, parce metet. 1. Cor. 16

Mirè liberalitatis & gratitudinis fuit exẽplar in Paulo, qui pro quodã Onesimo seruo Philemonis fugitiuo scripsit literas, tam affectuosas & efficaces & deuotas. Vt patet in epistola. Si habes me socium ait, suscipe illum, sicut me, Si aũt quid nocuit aut debet, mihi imputato. Ad Philemonẽ

Caput

CAPVT LXXIII.

De Auaritia.

Gen.4 MVlta potest notari philargia in hoc, quod Cain cum prosperari vidit fratris bona, eundem fratrem suum occidit.

Eodem Cain primus legitur ędificasse ciuitatē, sed nō Abel, quia sancti nō habent hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirūt, vt testatur apostolus. Heb. 13.

Gen.13 Propter multā substantiā, quā Abraham & Loth habebāt, nō potuerunt pariter habere, Et cœperunt pastores eorum ad inuicem litigare.

Gen.19 Abundantia bonorum temporalium frequenter est occasio grauium peccatorū, sicut patet de Sodomitis peccatoribus pessimis.

Gen.26 Postq̄ creuerat Isaac, & locupletatus fuerat, pastores sui & vicinorū suorū, iurgari cœperūt.

Exo.18 Odiū Auaritiæ, plus q̄ cęterorū vitiorū debēt habere iudices & prælati. Ideo signāter dicit Iethro, de iudicibus, qui oderint auaritiam.

Exo.36 Pauci sunt hodie clerici, qui faciūt oblationes superfluas prohiberi, sicut fecerunt illi qui operibus tabernaculi præsidebant.

Num.22 Nuntij Balaac, perrexerunt ad Balaam, habētes donationes & pretium in manibus, & ita fuit cupiditate corruptus.

Num.32 Tribus Ruben & Gad, & tribus Manasse dimidia, quia habebant substantiam multam, & pecora, noluerunt transire Iordanē, sed in terra alendis gregibus apta, contenti sunt habitare, atq; accipere portionem.

Iosue.7 Cupiditate seductus Achior, de anathemate Hiericho sumpsit: Sed pro illo lucro damnū terribile reportauit.

Iudic.16 Pro pecunia à Philistæis promissa Dalida Sāsonem virum suum eis tradidit.

De

De filijs Samuel dicitur. Declinauerunt post auaritiam, acceperuntq; munera, & peruerterũt iudicium. 1.Re.8

Pręcipua caussa, vel occasio reprobationis Saul, videtur fuisse cupiditas, quã habuit ad prædã Amalech. Vnde dixit ei Samuel. Quare nõ audisti vocem Domini? sed versus ad prædã es, & fecisti malum in oculis Domini. 1.Re.15

Nimis tenax fuit Nabal erga Dauid aliquid petentẽ dari sibi, propter qđ fere totã substantiã et personã amiserat, nisi fuisset Abigail vxor sua. 1.Re.25

Semei exiuit de Hierusalẽ cõtra prohibitionẽ Salomonis, ad requirẽdũ seruos suos, qui aufugerãt: & ob hanc caussam, fecit eũ Salomon occidi. 3.Re.2

Vinea Naboth, quã cõcupiuit Achab, fuit caussa vel occasio, quare duo falsi testes fuerint cõtra eum producti, & ille iussus est lapidari? 3.Re.21

Quia Gihezi accepit à Naaman, id quod Eliseus recusauerat, lepra percussus fuit. 4.Re.5

Tẽpore Neẽmiæ, erãt aliqui ex optimatibus, ita vsuris oppressi, quod volebãt filios suos & filias suas vẽdere in seruos & ancillas. Sed Neẽmias illos diuites grauiter & viriliter increpauit. Neẽ.5

Obtenta victoria de Arphaxath rege Mædorum, Nabuchodonosor rex Assyriorũ statim regna alia omnia concupiuit. Iudith.2

Dixit Iudas Machabæus commilitonibus suis. Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est, & Gorgias & exercitus eius in monte prope nos &c. 1.Ma.4

Ptolemæus rex Ægypti, vituperauit Alexandrũ generũ suũ. Propterea, qđ cõcupierat regnũ, cum Alexander eum honorifice suscepisset. 1.Ma.11

Aduersus Oniã & ciuitatẽ sanctã, cõcitauit Simon de tribu Beniamin Apollonium & regem 2.Ma.3

Antiochũ

Antiochum, dicens. Ærarium pecunijs innumerabilibus esse plenum.

2.Ma.4 Menelaus per argentũ, quod promisit Antiocho, obtinuit summũ sacerdotiũ. Demũ per vasa aurea, de tẽplo furtiue oblata, quę dedit Andronico, fecit Oniam occidi. Tandẽ accusatus apud regem Ptolemæum corrupit eum per pecuniam & cõtra accusatores, fecit ferri mortis sententiã.

Eodem Idem nequam Menelaus, propter eos qui in populo erant ad auaritiã, permanebat in potestate, crescens in malitia, & ad insidias ciuium.

2.Ma.10 Cum quidam Iudæi de mandato Machabæi obsiderent duas turres, in quibus erant: inimici gentiles accepta pecunia, quosdam effugere dimiserunt, quos Machabæus tanquam proditores & fratrum venditores, interfecit.

2.Ma.12 Post bellũ cõtra Gorgiã cõmissum, venit Iudas Machabęus cũ suis, vt prostratorũ corpora sepeliret. Inuenerũt autẽ sub tunica interfectorũ de denarijs Idolorũ, à qbus lex prohibet Iudęis. Ob hãc ergo caussam creditũ est eos corruisse.

Mat.19 Adolescens qui quęsiuit à Domino, quomodo posset habere vitam æternã, multas habebat possessiones. Et iccirco abijt tristis, cum audiuit consilium perfectionis.

Mat.21 Sacerdotes Iudęorum, volẽtes quod populus frequẽter offerret, permittebant ꝙ ea quę offerri poterant, venderẽtur in tẽplo. Hac etiã de caussa dicebatur aurum templi, sanctius esse templo, & donum, quod erat super altare, maioris esse reuerentiæ, q̃ ipsum altare.

Mat.26 Cupiditas, vel libido lucrandi, videtur fuisse principale motiuum, quare Iudas tradidit Dominum, hinc ait. Quid vultis mihi dare?

Mat.28 Per pecuniam fuerunt corrupti custodes dominici

minici sepulchri, vt mentirentur dominum à discipulis suis de nocte furtiue fuisse sublatum.

Dominus Iesus legislator verus, noluit se intromittere, de diuisione hæreditatis terrenæ, cum esset super hoc requisitus. Luc. 12

Contra eos, qui bona temporalia congregant & multo tempore, multis delectari putant diuitijs, proposuit dominus similitudinem de diuite, cuius ager vberes fructus attulit. Eodem

Contra diuites edaces, & vestibus pretiosis & delicatis vtentes, qui ad releuandam indigentiam proximi sunt tenaces & parci, ponit dominus exemplum de diuite epulone. Et nota, quod non parabola, sed historia fuisse videtur. Item nota: Si ita premitur ille, qui nō dedit propria, quid fiet de illis, qui rapiunt aliena? Luc. 16

Excusauerunt se, ne irent ad magnā cœnā, ad quā vocati erāt, emptores boū et villarū (scilicet) mobiliū & immobiliū possessionū. Quia sæpe, per talia, homines à cœlesti gloria, retrahuntur. Luc. 14

Pharisæi, qui erant auari, audientes monitiones domini, quod deberent facere amicos de Mā mona iniquo, deridebant ipsum. Luc. 16

Nimis terribiliter, fuit punita auaritia Ananię & Saphiræ, qui de pretio agri venditi partem retinuerunt. Act. 5

Quidā quęstuarij, habentes vnā puellā Phytonissam, à qua Paulus eiecit dęmoniū: vidētes ꝙ amiserāt quęstū suum, apprehenderūt Paulum et Silam socium eius, & duxerunt eos ad principes ciuitatis, accusantes eos, quod ciuitatē turbarent, & mores illicitos nunciarent. Magistratus autem scissis illorum tunicis, fecerunt eos cædi, & in carcerem mitti, & cum diligentia custodiri.

Paulo apud Ephesum existēte, & multa mira Act. 19.

cula ibi faciente, Demetrius quidam argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus nõ modicum questũ. Quos cõuocãs dixit: Quod Paulus suadebat & auertebat populum, á cultu Deorum, dicens. Quoniã non sunt dij, qui manibus fiunt, sed dæmonia. Et ita turbauit ciuitatem, quod impleta est confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum rapto Gaio & Aristarcho comitibus Pauli.

Act. 24 Cum esset Paulus apud Felicẽ præsidẽ vinctus á Iudæis, tanq̃ homo seditiosus & pestifer accusatus. Sperabat Felix quod pecunia ei daretur á Paulo. Propter quod frequẽter accersens eũ Felix, loquebatur cũ eo. Et quia nõ ita fuit factũ ipse iudex mitius, non absoluit eum, sed reliquit eum, Festo successori suo vinctum.

CAPVT LXXIIII.

De Paupertate.

Gen. 28 PAtriarcha Iacob recedens á parentibus suis & iens ad Laban fratrem suum matris, nec animal, nec famulum, legitur habuisse, sed in baculo suo transijt Iordanem. Et quadam vice volens requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco.

Exo. 3 Moyses pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian. Per quod videtur, quod proprias non habebat, qui pascebat alienas.

Ruth. 2 Ruth Moabitis, non magnis diuitijs abundabat, quãdo ibat ad colligendum spicas, quę metentium manus fugerant, quæ ad manus pauperum pertinebant.

1. Re. 9. Vno puero cõtentus Saul, iuit satis longe ad quærendũ asinas patris sui. Vnde ipse Saul dixit postea Samueli, quod cognatio sua erat minima

inter omnes familias tribus Beniamin.

Minimus erat Dauid inter filios patris sui, ita quod quãdo Samuel venit ad inungendũ vnũ ex filijs Isai, Dauid erat in pascuis, nec in principio vocatus fuit, quasi nullius esset reputationis. Deinde, cũ fratres eius essent in exercitu, misit eũ pater suus onustũ victualibus, ad deferendũ illis. 1.Re.16. 17

Magnam penuriam patiebatur Helias, quando petijt à vidua Sareptana, vt daret ei paululum aquæ, & buccellam panis. 3.Re.17

Filij prophetarum sub Eliseo, in magna paupertate viuebant, qui parum de pane & insipidũ pulmentum habebant. 4.Re.4

Hanna vxor Tobię, ibat ad textrinũ opus quotidie. Per q̃d videtur illos pauperes fuisse q nec ipsum instrumentũ ad texendũ possent in domo sua tenere. Vnde Tobias filio suo dixit. Noli timere fili mi, pauperem quidẽ vitam gerimus &c. Tob.2.4

Filij Rechabitarũ domos nõ ædificabãt, semẽ non serebant, vineas non habebant, vinũ non bibebant, nec in tabernaculis habitabant. Hier.35

De plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabusaradan in terra Iuda. Pauperibus ergo pepercit, diuites & potentes occidit, vel captiuos in Babylonem duxit. Hier.39

Exemplum paupertatis amandæ, habemus in domino Saluatore, qui fuit de paupere matre natus & à paupere fabro nutritus decenter pastus, fuit pannis non pellibus inuolutus, & in præsepio inclinatus, & post in purificatione virginis gloriosæ, oblationem pauperum, parentes pro eo in templo obtulerunt. Luc.2

Item cito post, Ioseph cum puero & matre eius, fugit in Ægyptum. Mat.2

Luc. 2 Cũ factus esset puer Iesus annorũ duodecim, remãsit in Hierusalẽ, ignorãte Maria & Ioseph. Per qđ apparet, quod magnã familiã nõ habebãt ad associandum puerũ vel ad ei seruiendum.

Mat. 8 Circuiens Iesus ciuitates & castella, non habebat vbi caput reclinaret, vnde ait. Vulpes foueas habent &c. Filius autem hominis nõ habet vbi caput suum reclinet.

Ioan. 19 Et in fine, nudus appensus est in cruce.

Mat. 4 Discipuli pro maiori parte de statu paupertatis fuerunt assumpti, Iacobus & Ioannes reficiebant retia: Et Lucæ. 5. lauabant retia.

Luc. 6 Mat. 5 In sermone domini in monte, primum ponitur commendatio paupertatis: quasi ipsa esset totius spiritualis ædificij fundamentum.

Mat. 11 Inter cætera Christi miracula ponitur vnum, quod pauperes euangelizabantur: Eo quod ante aduentum ita fieri non solebat.

Mat. 19 Adolescẽti de ingressu ad vitã æternam quærenti dixit Dñs. Si vis esse perfectus. Vade & vẽde vniuersa quæ habes, & da pauperibus.

Eodẽ. Mirã remuneratioñẽ promittit Dominus, omnia derelinquentibus, propter nomen ipsius.

Luc. 15 De illo famoso paupere Lazaro, in sinu Abrahæ ab angelis deportato, nullũ aliud iustitię op⁹, vel caussam gloriæ scriptura allegare videtur, nisi quod ipse receperat mala in hac vita mortali: Et ideo, Deus voluit eum consolari in alia.

Luc. 14 Pauperes & debiles ad cœnam illam domini magnam fuerunt inducti, imo & quidam de vijs & sepibus leguntur ibi fuisse compulsi

Act. 2 Omnes, qui credebãt in primitiua ecclesia, erãt pariter, & habebant omnia communia, possessiones & substantias vendebant, & distribuebãt omnibus prout cuiq; opus erat.

Petrus

Petrus dixit claudo pauperi eleemosynam petenti. Argentum & aurum non est mihi. &c. Act. 3

Valedicens Paulus fidelibus de Achaia dixit inter cætera. Argentum & aurum, aut veste nullius concupiui, ipsi scitis. Quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Esuriuimus, & sitimus, & nudi sumus, fame & siti & frigore &c. Act. 20

CAPVT LXXV.

De Hypocrisi & simulatione.

AMnon filius Dauid, simulauit languorē, vt posset decipere Thamar quam libidinose amabat. 2. Re. 13

Vxor Hieroboam mutato habitu, venit ad Abdiam Prophetam, cui ille dixit. Quare aliam te simulas? 3. Re. 14

Gihezi famulus Elisei, simulauit dominum suum indigere duplici veste, pro duobus adolescētibus ex filijs prophetarum. 4. Re. 5

Cum venisset Apollonius Hierosolymā missus ab Antiocho pacem simulans, quieuit vsq; ad diem Sabbati, & tunc feriatis Iudæis, arma suis capere præcepit, & omnes qui ad spectaculum venerant, trucidauit. 2. Ma. 5

Quamuis diuina sapientia generaliter impiū detestetur; Tamen specialiter hypocritis comminatur multoties in Euangelio, dicens. Væ vobis Pharisæis. Pharisæis volentibus capere Iesum in sermone: Respondit increpans eos. Quid me tentatis hypocritæ? Prou. 8

Quidā sunt, qui magna scelera perpetrant, & modica peccata deuitant, excolantes culicē, & camelū glutientes: Sicut principes sacerdotum, qui magis timuerunt intrare prętoriū Pilati, q̄ nequissime procurare crimen homicidij Ioan. 18

Luc.13. Archisynagogus indignãs, quia dominus sabbato curaret, dicebat turbæ. Sex dies sunt, in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbati. Dominus autem illum arguit, hypocritam vocans.

Act.5 Malã hypocrisim commiserunt Ananias, & vxor eius Saphira, simulans se totum agri pretiũ attulisse, & ad pedes apostolorum posuisse.

Act.8. Quãuis Simon magus credidisset in prædicatione Philippi, Petrus dixit ad eũ. Nõ est tibi sors in sermone isto: Cor enim tuũ nõ est rectum corã domino. Pœnitentiã itaqꝫ age &c. Respondẽs autẽ Simon dixit. Pręcamini vos pro me.

Act. 13 Elymã magũ grauiter notauit Paulus de hypocrisi & falsitate dicens. O plene omni dolo, & omni fallatia, fili Diaboli, & inimice omnis iustitiæ, non desinis domini vias peruertere rectas?

CAPVT LXXVI.

De munerum acceptione.

Gen.14 ABraham noluit accipere munera, quæ obtulit ei rex Sodomorum, licet ipse optime meruisset, quando reuersus fuit Abraham à cæde quatuor regum.

Gen.32 Munera misit Iacob offerri Esau fratri suo, vt compesceret iram eius.

Exod.36 Munera obtulerũt filij Israel, ad opus tabernaculi Dñi, in tãta quãtitate, quod iussit Moyses clamari, vt nullus aliquid vlterius offerret.

Num.22 Mercedẽ iniquitatis amauit Balaam & iuit cũ nuntijs Balaac, qui diuinationis pretium habebant in manibus.

Iudic. 3 Ahud obtulit munera Eglon regi Moab, & postea secreto loquẽs cum eo, percussit eum grauiter & occidit.

Iudic.16 Inimici Samson pecuniam Dalidæ promiserunt

runt

runt, & eam, vt illum deciperet, induxerunt.

De filijs Samuel dicitur. Declinauerunt post auaritiam, acceperunt munera. Et statim sequitur Peruerterunt iudicium. 1.Re.8

Non fuit impositum Samueli, qui viginti annis populum Israel iudicauerat, quod vnquã munera ab aliquo accepisset. 1.Re.12

Xenia, quæ obtulit Siba Mephiboseth David, à facie Absalom fugienti, videntur inclinasse animum ipsius Dauid, ad hoc, quod contra absentẽ iniquum tulit iudicium. 2.Re.16

Regina Saba dedit regi Salomoni centum viginti talenta auri, aromata multa, & gemmas preciosas. Rex autem Salomon dedit ei omnia quæ voluit, & quæ petiuit ab illo, exceptis his quæ vltro obtulerat ei munere regio. 3.Re.10

Arauna voluit offerre Dauid aream & omnia ad sacrificium necessaria, sed ille noluit gratis accipere, nec sacrificium de alieno offerre. 2.Re. vlt.

Rex Syriæ Benadab, fœdus habebat cum Basaa rege Israel. Sed propter munera quæ misit ei Aza rex Iuda, rupto fœdere cum Basaa, grauiter impugnauit eum. 3.Re.15

Naaman Syrus fuit animo gratus ab Elisæo curato, Et tamen quia Gihezi ab eo accepit munera, fuit graui plaga percussus. 4.Re.5

Misit rex Babylonis literas & munera ad Hezechiam, & sequitur. Lætatus est autem Hezechias in aduentu eorum. Sed nota ibi quomodo displicuerit domino. 4.Re.20

Achaz rex Iuda spoliata domo domini, & domo regum & principum, dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. 2.Par.28

Statuerũt Iudęi in memoriã lætitiæ, quã habuerũt interfecto Aman, pessimo Iudęorũ inimico, Esther.9

Vt pauperibus munuſcula largirentur.

Eſa.1 Cõquerendo loquitur Dominus per Eſaiã dicens. Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.

Hier.40 Dedit magiſter malitię regis Babylonis cibaria Hieremię & munuſcula, & dimiſit eum.

Dan.2 Poſtq̃ꝫ expoſuerat regi Nabuchodonoſor Daniel viſionem, rex in ſublime illum extulit, & munera, magna & multa dedit ei.

Dan.5 Balthazar Babylonis rex promiſerat magna donaria Danieli, Qui reſpondens ait. Munera tua ſint tibi, & dona domus tuę alteri da.

1.Mac.10 Abijt Ionathas Ptolemaidã, & dedit Alexãdro & Ptolemęo regibus, argẽtũ multũ & aurũ & dona, & inuenit gratiam in conſpectu eorum.

1.Ma.12 Videns Tryphon Ionatham veniſſe ad eum cum exercitu multo, timuit eum, & cum honore accepit, & munera ei dedit, & hac occaſione decepit eum. Nam remiſſis militibus, ipſum cũ paucis retinuit, & occidit.

2.Ma.4 Propter munera, quæ dedit & promiſit ambitioſus Iaſon regi Antiocho, obtinuit ſummũ ſacerdotiũ. Cũ aũt miſiſſet pecuniã regi per Menelaũ ille ſupplantauit eum, & obtinuit principatum. Quia ſuppoſuit Iaſon talenta argenti trecenta.

Eodem Menelaus frater Lyſimachi per pecuniã quã promiſit Antiocho, obtinuit ſummum ſacerdotium. Deinde donauit Andronico, quædã vaſa aurea, de tẽplo furtim accepta, & fecit Oniã occidi. Poſtmodũ cum accuſaretur apud Ptolemæũ regem, per pecunias, quas ei dare promiſit accuſatores ſuos procurauit morte damnari.

2.Ma.14 Cupiens obtinere ſummũ ſacerdotiũ Alchinus proditor impius & detractor, obtulit Demetrio regi coronam auream, & quædam alia.

Obtule-

Obtulerunt Magi domino pauperi, aurum, thus, & myrrham. Mat. 2

Milites illi qui debuerant custodire sepulchrū dñi, accepta à Iudęis pecunia copiosa, dixerūt, qđ discipuli eius furati fuerant, illis dormientibus. Mat. 28

Pauperculæ donum viduæ, quę duo æra minuta misit in Gazophilaciū. Prǽfertur à domino muneribus diuitum. Luc. 1.

Cum vidisset Simon, quia per impositionem manuum Apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam dicens. Date & mihi hanc potestatem. Act. 8.

Felix pręses qui tenebat Paulū vinctū, à Iudęis nequiter accusatū, sperabat ꝙ pecunia daretur ei à Paulo. Propter quod frequenter eū accersens loquebatur cū eo. Et quia verisimile est eū nō habuisse intentum, Paulum dimisit vinctum. Act. 24

CAPVT LXXVII.

De fortitudine & strenuitate.

VIdens Abrahā nepotē suū Loth esse captū assumptis vernaculis suis, & alijs socijs, irruit nocte super quatuor reges, qui ceperant illū. Et percussis hostibus, reduxit Loth cū tota substantia, & populo Sodomorum. Gen. 14

Securū facit hominē & audacem, puritas conscientiæ. Hinc est quod Iacob tumens cū iurgio ait. Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meū sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem domus. Gen. 31

Dixit angelus ad Iacob. Si cōtra deū fortis fuisti, quanto magis contra homines pręualebis? Gen. 32

Audacter & constanter stetit Moyses coram Pharaone arguens eum, quia non dimittebat populum Domini. Exo. 5

Armati ascenderūt filij Israel de terra Ægypti Exo. 13

 Caleph

Num.13 Num.14 Caleph & Iosue viriliter confortauerunt populum dicentes. Ascēdamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Et iterū: Ne timeatis populum terræ, quia sicut panem, ita poterimus eos deuorare.

Num.31 Phinees cū duodecim milibus pugnatorū, debellauit Madianitas. Quorū prçter viros & mulieres, qui occisi fuerant, triginta duo millia virginū in prçda fuerūt. Animaliū vero erat maxima multitudo. Nec aliquis de filijs Israel mortu⁹ est.

Deut.31 Moyses dixit ad Iosue, qui ei debebat succedere. Confortare, & esto robustus: Tu enim introduces populum istum.

Iosue.8 Pergēs ad bellū Iosue cōtra habitatores Hai, erat in frōte exercitus vallat⁹, auxilio pugnatorū

Iosue.10 Captis quinq; regibus, dixit Iosue ad principes qui secū erant. Ite & ponite pedes vestros super colla regū istorū: Nolite timere nec paueatis.

Iosue.14. Dixit Caleph ad Iosue, octuagintaquinq; annorum sum hodie, sic valens, vt eo valebā tempore, quando ad explorandum missus sum, illius in me temporis fortitudo perseuerat.

Iudic.3 Ahud iudex et princeps exercitus Israel, in frōte gradiēs, dixit ad populū. Sequimini me, tradidit dn̄s inimicos nostros in manus nostras.

Iudic.6 Gedeoni dixit angelus. Dn̄s tecum virorū fortissime: & post. Vade, & in hac fortitudine tua, liberabis Israel de manu Madian. Cumq; ille se humiliter excusaret, audiuit. Ego ero tecum, & percuties Madian, quasi virum vnum.

Iudic.7 Ex præcepto Domini dixit Gedeon exercitui Qui formidolosus est & timidus, reuertatur. Trecentis enim viris, pulchro stratagemate Madianitas vicit.

Iudic.14. Samson leonem manibus inermis lacerauit: Et post

Et post hoc, opera fortitudinis multa fecit, vt patet cap. 15. 16.

Audiens Saul obsidionem virorum Iabes Galaad, audacter & efficaciter & festinanter succurrit eis. 1. Re. 11

Dauid in pueritia sua fortiter superauit & interfecit leonē & vrsum, & Goliath Philistæum. 1. Re. 17

Item Dauid venit cum vno milite, ad castra Saul, & intrauit tentorium eius, tulit hastam & scutum eius. 1. Re. 26

Pueri duodecim ex Isboseth, & duodecim ex parte Dauid, apprehenso vnusquisque capite compatris sui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul. 2. Re. 2

Desiderãte & petẽte Dauid de aqua cisternæ Bethlehẽ, tres fortes milites Dauid irruperũt castra Philistinorũ, & attulerunt ei de aqua illa. 2. Re. 23

Viriliter egit Iehu, percutiens duos reges, & fratres Ochoziæ, & filios Achab. Et prophetas Baal occidit in multitudine numerosa. 4. Re. 9 & 10.

Cũ magna strenuitate Ioiada pontifex eripuit regnum Iuda, de manu Athaliæ: & Ioas de genere Dauid paruulum coronauit. 4. Re. 11

Ioab filius Saruiæ, fuit princeps & dux exercitus, quia in primis percussit Iebusęũ, qui habitabat in Hierusalem, & ita statuerat Dauid. 1. Par. 11.

Dixit Neemias optimatibus & magistratibus Iudęorum. Surgamus & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono. Nem. 2

Filij transmigrationis ædificantes murum in circuitu Hierusalem, vna manu faciebant opus, et altera tenebant gladium. Neem. 4

Inimici filiorũ trãsmigrationis terrebant eos varijs modis, cogitãtes, q̃d cessarẽt ab opere. Sed dixit Neemias. Quãob caussam cõfortaui magis manus Neem. 6.

manus meas.

Iudith.4 Audientes filij Israel potentiam Holofernis, preparauerunt se diligenter ad resistendum, praeoccupantes vertices montium, & muris circundantes vicos suos, congregauerunt frumenta in preparationem pugnae.

Iudith.11 Mirã strenuitatẽ habuit Iudith, eundo ad Holofernem, & occidendo eum in tentorio suo.

Dan.3. Socij Danielis dixerunt Nabuchodonosor regi Babylonis. Deus noster potest nos eripere de camino ignis: Quod si noluerit, notum sit tibi o rex, quod deos tuos non colimus.

Dan.6 Daniel non omisit, propter edictũ regis, quin oraret deum suum.

1.Ma.2 Miram fortitudinẽ habuerunt Matathias & filij eius, quia ita restiterunt Antiocho regi, & pręualuerunt toties contra eum.

1.Mac.5 Confidenter & strenuissime Iudas Machabęus flumen transit ad castra hostium, qui erant vltra ipsum flumen.

1.Mac.6 Eleasar filius Saura, cucurrit audacter ad elephantem, & superposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terrã super ipsum, & mortuus est illic.

Eodem Eleazarus dixit tortoribus suis. Fortiter vitã excedendo, dignus apparebo: Adolescẽtibus autem exemplar forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar.

2.Mac.11 Machabęus & qui cum eo erant, ibant prompti ad bellum contra Lysiam, de coelo habentes adiutorem. Leonum autem more, impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille sexcentos. Vniuersos autem in fugam verterunt.

Act.4 Virtute magna reddebant apostoli testimonium

nium resurrectionis Iesu Christi, & gratia magna erat in omnibus illis.

Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Eius autem fortitudo pręcipue apparuit in eo. Quod Iudęis constantissime restitit, & diram mortem patientissime tolerauit. Act.6

Fortitudo, est considerata periculorum susceptio, & laborū perpessio. Sed in hoc constat Paulum apostolum fortissimum militem Christi fuisse, qui tot & tanta pericula, pro Christo sustinuit & tot & tales labores suscepit. Sicut patet ab vndecimo Actorum, vsq; ad finem. Ipse etiam hos enumerat ad.2.Cor.11. Cicero.2 Rheto. Act.11.

CAPVT LXXVIII.

De confidentia & magnanimitate.

MOyses stetit coram Pharaone multoties & confidenter arguebat eum. Exo.5

Confidenter, licet reuerenter arguit Nathan propheta Dauid, post adulteriū & homicidium ab illo commissum. 2.Re.12

Dixit Helias ad Achab. Non ego turbaui domum Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mandata domini. Et post hoc fecit prophetas quadringentos occidi. 3.Re.18

Item postea dixit Ochoziæ regi Israel. De lectulo super quem ascendisti, non descendes. 4.Re.1

Achab rex Israel, dixit Heliæ. Num inuenisti me inimicum tibi? Qui ait. Inueni, eo quod vęnū datus sis, vt faceres malū in conspectu domini. 3.Re.21

Elisęus mira libertate dixit ad Ioram regē Israel, exercitu circunstante: Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui. 4.Re.3

Fuit dn̄s cū Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris sui, Sequitur; Cumq; assumpsisset cor eius 2.Par.17

cor eius audatiam, per vias domini &c.

2.Par.24 Spiritus domini induit Zachariam, filiũ Ioiadæ, & stetit in conspectu populi dicens. Quare transgredimini pręceptum domini? Quod vobis non proderit.

2.Par.32 Hezechias confortauit bellatores suos dicens Nolite timere regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ cum eo est. Plures enim nobiscum sunt, q̃ cum illo.

Nee.4.6 Sanaballat & cęteri inimici, dolentes de ædificatiõe muri Hierusalẽ, nisi sunt, vt possent resistere et terrere Neemiã varijs modis, sed nõ poterãt

Iudith.10 &.13 Miræ magnitudinis fuit Iudith, quæ inermis iuit ad tentorium Holofernis, & eũ ibi occidit.

Esth.4.5 Mardochæus magnanimiter renuit adorare Aman superbissimũ. Licet sciret regẽ hoc pręcepisse. Idẽ etiã cum magna seueritate & libertate loquebatur reginę dicens. Ne putes, quod animã tuam liberes, quia in domo regis es, si enim nunc silueris, per aliã occasionẽ liberabuntur Iudęi, & tu & domus patris tui peribitis.

Dan.3. Ananias & socij eius confidenter Nabuchodonosor regi dixerunt. Deus noster quem colim9 potest nos eripere &c.

Dan.6 Similiter Daniel qui de edicto regis Darij non curauit, sed dñm suum more consueto orauit.

1.Ma.2 Matathias & filij eius magnanimiter rebellarunt, & restiterunt regi Antiocho.

1.Mac.6 Eleazar filius Saura cucurrit audacter ad elephantem, vbi credebat esse regem, & supposuit se ei &c.

1.Mac.5 Signũ magnanimitatis dedit Timotheus exercitui suo de Iuda Machabęo, si transirent fluuium ad hostes audacter, & sic fecit Iudas, et magnam habuit victoriam.

Cum dicerent socij Iudæ ad eũ, vt liberarent animas suas, quia hostes erant multi, & ipsi pauci: Respondit Iudas. Absit rem istã facere, & si appropiauit tempus nostrũ, moriamur in virtute, & non inferamus crimen glorię nostræ. 1. Mac. 9.

Videntes socij Iudę Machabęi exercitum venientem, dixerunt. Quomodo poterimus pauci pugnare ad multitudinem tantam, & tam fortem? & ait Iudas. Facile est concludi in manus paucorum. Et non est differentia in conspectu dei liberare in multis aut in paucis, quia non est in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. 1. Mac. 3.

Ionathas animauit suos ad pugnam, ex eo qđ bellum erat ex aduerso, & aqua Iordanis hinc et inde, & ripæ & paludes & saltus, & non erat locus diuertendi. 1. Mac. 9.

Cum esset Ionathas in pręlio contra alienigenas, reliquerũt eum omnes ex suis exceptis duobus. Sed videntes quod dux fortiter pugnaret, reuersi sunt fugientes, & ceciderunt de alienigenis tria millia virorum. 1. Mac. 11.

Egregius militiæ dux Iudas Machabæus ad eas, quę amplius vrgebant, pugnas se conuertit. 2. Mac. 10

Machabæus & qui cũ eo erant, videntes auxilium de cœlo sibi missum, conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias fortissimas, et muros ferreos parati intrare. 2. Mac. 11

Crucifixo dño, Ioseph ab Arimathia audacter introiuit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu. Mat. 27

Ille cęcus natus, à dño illuminatus, libera voce veritatem de domino fatebatur. Ioan. 9

Dixit Thomas ad discipulos. Eamus & nos vt moriamur cum eo. Ioan. 11

Petrus qui ad vocẽ vnius ancillæ pauefactus Act. 2. 3. 4. 5.

Christũ

Christum negauerat, recepto spiritu sancto, fuit tanta virtute indutus, vt coram populo Pharisæorum ac magistratuum collegio, ipsum cum omni fiducia prędicaret.

Act.7 Stephanus plenus gratia & fortitudine, Christum dominum cum mira libertate prædicabat, & Iudæos increpans, confundebat, dicens inter cætera. Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis.

Act.5. Magistratus & ministri arguendo dixerunt, apostolis præcipiendo. Præcipimus vobis, ne doceatis in nomine isto: Et ecce repletis Hierusalem doctrina vestra, & vultis super vos inducere sanguinem hominis istius. Respondentes autem Petrus & apostoli, dixerunt. Obedire magis oportet deo, q̃ hominibus.

Act.13 Paulus apostolus præsente Paulo proconsule, Elymam magum durissime increpauit, & ad tempus lumine oculorum priuauit.

Act.16 Cum mandasset magistratus, vt Paulus & Silas liberarentur de carcere, Paulus dixit eis. Cæsos nos publice, homines Romanos, indamnatos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eijciũt Et sic loquutus est q̄d illi timentes venerũt & rogauerũt eos vt egrederentur de illa ciuitate.

Act.19. Cõmota & confusa ciuitate Ephesina, ciues impetum fecerunt vnanimiter in theatrũ raptis comitibus Pauli. Paulus autẽ voluit intrare in ipsum, sed non permiserunt eum discipuli.

Act.20 Valedicens fratribus de Asia dicebat Paulus: Spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi, quia vincula & tribulationes me manent in Hierusalem, sed nihil, inquam, horũ vereor, nec facio animã meam pretiosiorem q̃ me &c.

Act.21 Coram illis iudicibus, quos habuit Paulus, miram

mirã magnanimitatẽ ostendit, videlicet, coram Anania principe sacerdotum. Felice Festo, à quo manifeste grauatus, Cęsarem appellauit.

In tot & in tantis periculis constitutus Paulus, semper fuit intrepidus & securus, & hoc pręcipue apparuit in tempestate, quam passa est nauis sua. Act.27

De ipso beato Paulo dicit Augustinus. Illum oportunum (inquit) & fortissimum virum, qui in suis infirmitatibus gloriatur, qui plus suis omnibus condiscipulis laborabat. Illum, inquam, virũ beatum Paulum Athletam Christi, doctum ab illo, vinctum de illo, crucifixum cum illo, gloriosum in illo, in theatro huius mundi, cui spectaculum factus est, & angelis & hominibus, legitime magno agone certantẽ, oculo fidei libẽtissime spectantes, gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus. Foris habentem pugnas, intus timores, cupientem dissolui & esse cum Christo. Augustinus lib. xiiij. De ciuitate dei, ca.9

CAPVT LXXIX.

De patientia & mansuetudine, in iniurijs & tormentis.

MAnsuete ferebat Isaac cum pater suus eũ immolare vellet. Gen.22

Ioseph facinus quod in eum commiserant fratres sui, & patienter tulit, & clementer indulsit. Gen.37 &.45

Speciale mãdatum dedit fratribus suis Ioseph dicens. Ne irascamini in via. Eodem

Cito orauit Moyses pro Maria, quæ contra eum tam inique loquuta fuerat, & per orationẽ eius sanata fuit. Num.12

Murmurabat populus contra Moysen et Aaron dicens. Vos interfecistis populũ dñi, & cum iratus dñs, vt percuteret populum, dixit Moyses

ad Aaron. Perge cito ad populum, vt roges pro eis, & sequitur. Quod plaga cessauerit.

Iudic. 8 Filij Ephraim iurgantes fortiter contra Gedeonem, sedati fuerunt propter eius mansuetam responsionem. Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis?

1. Re. 11 Noluit sustinere Saul, quod occiderentur viri, qui detraxerant ei.

1. Re. 24 Potuit Dauid pluries, & noluit occidere Saul ipsum acriter persequentē, quando abscidit oram chlamydis eius, quando inuenit eum dormientē.

2. Re. 15 & 16. Fugiens Dauid à facie Absalom, patienter dixit ad Sadoch. Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me. Et ad Semei maledicentem sibi &c.

2. Re. 19 Mephiboseth patienter sustinuit iniquam sententiam contra se latam.

2. Par. 10 Dixerunt seniores, dantes consiliū Roboam. Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, omni tempore seruient tibi.

4. Re. 6 Homines qui venerant ad capiendum Elisēū, non permisit ipse illos aliquid mali habere, sed præcepit eis mensam apponi, & refectos abire permisit.

Tob. 2. 3 Excæcatus Tobias, miram patientiam ostendit erga diuinum flagellum, & irrisionem amicorum & vxoris.

Hiob. 1. 2 Hiob fuit patiēs perdēdo sua & suos, & quasi seipsum. Et notandum quod semel amisit bona sua, & liberos suos, & sic vehementior fuit tentationis impetus. Item illi qui remanserunt de amicis suis, plus ei desolationis q̄ consolationis attulerunt. Vt patet in vxore, & in illis amicis, qui fuerunt ei consolatores onerosi.

Dan. 3. Alacrem patientiam exhibuerunt socij Danielis, missi

lis, missi iussu regis in fornacē ignis ardentis: Et tantum vel amplius fuit laudatus Deus ex eorū patientia, quàm ex Danielis sapientia.

Filia Raguelis Sara grauē contumeliā ab ancilla prolatam, patienter tulit, nihil respondens, sed statim ad orationem se conuertens. Tob.3.

Cum plagis puniretur Eleazarus, dixit. Dñe tu scis quia cū à morte possem liberari duros cordis sustineo dolores, secūdū animā vero, propter timorem tuum libenter hęc patior. 2.Mac.6

Septem illi fratres cum matre sua alacri animo passi sunt horrenda tormenta. 2.Mac.7

Cum interrogasset Petrus Dominū. Quoties peccabit in me frater meus, dimittam ei vsque septies? Audiuit: Non dico vsque septies, sed vsque septuagies septies. Mat.18

Ad remittendū fratribus ex corde, induxit dominus parabolā serui nequam, cui mille talenta à domino liberaliter fuerunt dimissa. Eodem

Cum audissent Iacobus & Ioannes quod Samaritani non receperant nūtios dñi, quos præmiserat, dixerunt. Vis dicamus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos? Et dñs increpauit illos, & dixit. Nescitis cuius spiritus estis. Luc.9

Mulier in adulterio deprehensa, et coram dño accusata, nihil omnino accusatoribus respondebat. Dominus autem pro ea verbum assumpsit, & eam benigne absoluit. Ioan.8.

Cedendum est quandoque furori persequentiū vnde dominus qui pati & occidi venerat, nō vt timidus, sed vt prouidus, & horam passionis cōpetentē expectans, rabiē Iudęorū pluries deuitauit. Et Ioan.8. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Et capite duodecimo. Abscondit se, & exiuit de templo. Luc.4.

Mat.11 De seipso dominus ait. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Patientia passionis Christi

Dominus noster patienter tulit iniurias illatas verbis & factis. Verbis quidem detractatorijs, contradictorijs, derisorijs & contumeliosis. Detraxerunt enim ei occulte & manifeste. Occulte, intra se loquendo, & ipsum temere & nequiter iudicando. Hic si esset propheta, sciret qualis hæc esset mulier. Itē Mat. 9. Lucę quinto. Hic blasphemat. Manifeste, quando dicebant discipulis eius Pharisęi, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?

Item quando eius miracula deprauabant dicētes. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Matthęi. 12. Lucæ. 11. Item. Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit, & ibidē scilicet, Ioan. 7. 9. Nos scimus quia hic homo peccator est.

Item dicebant eum habere dęmonium.

Contradictoria vero verba sustinuit. Ioan. 8. Tu de te ipso testimonium perhibes: Testimonium tuū non est verum, & ibidē. Quinquaginta annos nondū habes, & Abraham vidisti?

Matt. 9. Luc. 8 Ioā. 7. 8

Et verba derisoria, cum dixisset. Non est mortua puella, sed dormit, deridebant eum.

Item verba contumeliosa. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes? Et Lucę quinto. Quis est hic qui loquitur blasphemias?

Specialiter autē in tēpore passionis ante crucē in domo Annę & Caiphæ, coram Pilato, Herode, &c. Ac demū dum penderet in cruce, huiusce modi verba multa audiuit contra se.

Luc. 14 Ioan. 8.

In factis itē graues iniurias passus fuit. Nā ipso prędicāte, repleti sunt omnes in synagoga ira, & eijcien-

& eijcientes eũ extra ciuitatẽ, voluerunt eũ prę- cipitare de supercilio montis. Et iterũ, ad lapidandum ipsum lapides sustulerunt. Mat.20

Item cum exiret de Hierusalẽ, & vellet transire Samariam, Samaritani nuntios quos præmisit, recipere noluerunt. Luc.9.

Preterea ipso prędicante, & Iudęos de eorum malitia increpante, illi ad lapidandum eum lapides sustulerunt. Hoc totum parum fuit respectu eorum quę in passione sustinuit. Circa quę notare poteris: quod secũdum ea quæ prędixerat, fuit delusus & flagellatus, & crucifixus, delusus in domo Caiphæ. Viri (inquit textus) qui tenebant eum, illudebant ei dicentes. Aue rex Iudæorum & cæ. Similia in prętorio Pilati pręsidis agebant, genu flexo illudebant ei &c. Ioan.8. Luc.23 Mat.27

Similiter illusus fuit in domo Herodis, spreuit illum cum exercitu suo, et illusit ei.

Item illusus fuit Dominus Iesus in patibulo crucis pendens, et hic à militibus et sacerdotibus & communiter à prętereuntibus, et latronibus. Siquidem de militibus dicitur. Illudebant ei milites accedentes, & acetum offerentes. De sacerdotibus autem. Principes sacerdotũ cum scribis & senioribus illudebant ei, dicẽtes. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere &c. Prętereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, &c. Latrones qui crucifixi erant, improperabant ei. Luc.23 Mat.27

Vlterius nota, ꝙ fuit illusus nutibus et signis, qñ mouebãt capita sua, et flectebãt genua. Verbis Qñ dicebãt salutantes. Aue rex Iudęorũ. Factis. Qñ fuit spinis coronatus, & arundo loco sceptri posita in manu eius, sputis deturpatus. Nunc veste purpurea, nunc alba vestitus. Luc.23

Eodem Mat.26 Saluator noster in sua passione mansuetudinē exhibuit ad proditorē, quē vocauit amicum, ad lictorem, cuius aurem sanauit.

Ioā.18.19 Ad Annam, ad Caypham, ad Pilatum, coram quibus fuit falsissime accusatus, mansuetissime respondit &c.

Luc.23 Itē ad crucifixores, pro quibus orauit. Et ad latronem, cui tam benigne respondit &c.

Luc.22 Ioan.19 Mat.27 De flagellatione pensandū est. Quia ipse Dñs primo flagellatus fuit in capite. Percutiebant caput eius arundine. Item in facie. Et apud Ioannē cap.19. Vnus ministrorum assistens pontifici, dedit ei alapam. Item in collo: Colaphis eum cędebant, & in toto corpore. Tradidit illis Pilatus Iesum flagellis cęsum, vt crucifigeretur. Circa qđ notari potest, quod flagellari solēt in capite inscij qui erudiuntur. In collo serui, qui de domo eijciūtur. In facie rei, qui nuncupantur. In toto corpore scelerati, qui puniuntur.

Item considerari debet ab anima fideli, qđ ipse fuit flagellatus linguis blasphemantium, improperantiū ac clamantiū. Crucifige eū. Palmis percutientiū, vt in Matthęo.26. Alij palmas in faciē dederunt. In arundine & flagellis. Sicuti visum est in Matthęo & Marco.

Ioan.18 Ad omnis vero iniurię cumulū multū facit, ꝙ dominus dominantiū, qui soluit cōpeditos, & illuminat cęcos, ipse fuit tanquā latro captus & ligatus. Ministri Iudęorū ait Ioannes, comprehenderunt Iesum & ligauerunt eum.

Eodem Luc.23. Mat.27 Item fuit latroni postpositus. Quia petierunt Iudęi Barrabam sibi dimitti, et Dominum crucifigi, testantibus Euangelistis. Et tamen ille erat latro, & in seditione fecerat homicidium. Vnde ille Barrabas erat homicida, seditiosus, latro insignis,

gnis, in malitia diffamis.

Fuit insuper in medio latronũ positus, quasi esset magister eorũ, & sceleratior omnibus. Vnde Ioan. 19. Medium autem Iesum &c. Ioan. 19

Pręterea pensandum est, quod ipse fuit in omnibus membris corporis afflictus, seu sensibus. Oculi namque eius videbant illos tortores suos rabidos & crudeles: Item piam matrem suam pariter in anima crucifixam, & dilectum discipulum, & mulieres deuotas compatientes. Aures autem, verba blasphemiæ insultationis, derisionis, & improperij audiebant. Nares etiam ratione loci Caluariæ, in quo crucifixus est, vbi decaluabantur & decapitabantur malefici, poterãt fœtore grauari. Gustus eius fuit afflictus in hoc, q́d fuit potatus vino myrrhato, vel aceto cum felle mixto. In quibus datur intelligi potum fuisse amarissimum.

Sensus autẽ tactus, per totum corpus diffusus vbi dolorẽ sentit in mẽbris, videlicet, flagellatis in manibus & pedibus, clauis atrociter pforatis.

Poterit etiam considerari, quod ipse Dominus Iesus sustinuit damnũ in rebus, quas secundũ hominẽ habuit. Quia fuit vestimentis nudatus, ab amicis derelictus. Vnde discipuli relicto eo, omnes fugierunt, afflictus in toto corpore, vt dictũ est, per acerbissimam passionem. Ioan. 19 Matt. 26 Mar. 14

Item passus est in cordę, vel in mente. Quia compatiebatur, ibi amicis astantibus, & inimicis eum ignoranter crucifigentibus.

Tum etiam passus est quodammodo, & Iesus in fama, seu opinione, quia dicebant eum populi fuisse seductorem. Domine, dixerunt ad Pilatum principes sacerdotum, recordati sumus quod seductor ille &c.

Aduertendũ est etiã circa salutiferã passionem domini nostri Iesu Christi, quod fuit turpis, imo turpissima & ignominiosa: Ratione loci. Quia in Hierusalẽ vbi notus, vocatus & honoratus fuerat, & multa miracula fecerat &c.

Item ratione temporis vel diei.

Quia in die solenni Paschæ, quando conuenerat ad diem festum maxima multitudo hominũ, & hora quasi sexta fuit ductus ad crucem, vt ab omnibus posset sciri.

Ioan. 19 Item & ratione generis ipsius mortis. Quia morte crucis, morte debita maledictis, malefactoribus et iniquis. Tum & ratione modi, ad ipsum tormentum eundi. Exijt enim Iesus baiulans sibi crucem, quod certe non legitur de alijs duob9 nequam, qui ducebantur cum eo.

Item & ratione consortij, nam fuit crucifixus in medio duorum latronum, quasi esset vnus ex eis, vel maximus, aut magister.

Adhuc aggrauatur illius benedicta passionis acerbitas, ex naturali dominici corporis complexione. Certum est enim illud sacrum corpus fuisse complexionis optimæ, & mirabiliter delicatæ Vtpote organizatum spiritus sancti opere. Vnde sine aliquo naturæ vitio vel errore, vnde caro sua sancta nullam habuit rebellionem vel pugnã contra spiritum. Et iccirco spiritus merito magis diligebat ipsam, q̃ alterius spiritus, vel anima debeat diligere corpus suum.

Item & ex diuturnitate, passionis acerbitas aggrauatur. Nam multi martyres igne cremati, vel aqua submersi, aut capite truncati, martyriũ suum celeriter cõpleuerunt. Passio vero dominica durauit, quasi ab instanti cõceptionis suæ vsq; ad horam mortis, Certissime namq; præsciuit quicquid

quicquid sua humanitas passura fuit: Specialiter tamen & cõtinue durauit, ab illa hora post cœnam, vsq; ad sextæ feriæ horam nonam.

Itẽ & ex qualitate membrorũ, in quibus passus fuit, videlicet, in pedibus & manibus, q̃ sunt mẽbra neruosa, & doloris maxime perceptiua.

Signum autẽ, quod passio Domini acerbissima & grauissima fuerit, ex hoc pręcipue potest haberi, quod narrante Luca, in oratione post cœnã ex vehementi imaginatione futuræ angustiæ Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terram. Luc. 22

Eandẽ vero dominicam passionẽ reddit inæstimabiliter gratiosam, quod ad illã spõte se obtulit, surgite, aiebat. Ecce appropinquat qui me tradet. Et apud Ioã. 18. Iuit obuiã ministris quærentibus Iesum Nazarenum. Et cũ audissent dominum dicentem: Ego sum, ceciderunt in terram. Mat. 26

Itẽ captus, vinctus, ignominiose ductus, mendaciter accusatus, colaphizatus, sputis illinitus, flagellis cæsus, spinis derisorie coronatus. Nullũ verbum, aut signum impatientiæ seu turbationis ostendit. Quinimo multiplex beneficiũ illis à quibus ita pręmebatur ostendit. Nam aurem amputatam seruo sacerdotis sanauit, multa pia & vtilia verba illis dixit, & pro crucifixoribus suis clemẽter orauit, patrẽ suum dulciter inuocans, & eos benigne excusans. Pater, inquit, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Luc. 23

Deniq; hęc oïa passus est, non propter se, sed propter nos. Nã propter peccata tollẽda, quia q̃ nõ rapuit, tunc exoluit. Vnde propter necessitatẽ & vtilitatẽ nostrã, nõ propter suã. Animã posuit pro oĩbus amicis suis, ꝓ nobis quippe liberandis voluit cõprehẽdi, pro nobis redimendis, voluit Ioan. 10 Gal. 2 1. Cor. 15 1. Pet 2 Esa. 53

vēdi, pro nobis honorandis, voluit cōfundi, & in cruce suspēdi, vinculatus est vt absolueremur: Flagellatus est, ne flagellaremur. Mortuus est, ne æternaliter moreremur. Hinc Paulus ait. In fide viuo filij dei q dilexit me, & tradidit semetipsum ꝓ me. Et alibi. Christus mortuus est pro peccatis. Itē Petrus ait. Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplū. Et Esaias ait. Vulneratus est propter iniquitates, attritus propter scelera nostra, eius liuore sanati sumus. Et apud Ioā. Animā meā (inquit) pro ouibus meis pono.

Act. 5 De Apostolis cæsis. Ibant gaudentes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Christi contumelia affici.

Act. 7 Stephanus ad lapidatores fuit ita patiens & benignus, quod diligentius pro illis, q̄ pro seipso orasse videtur. Nam positis genibus clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Orans autem pro se, non legitur genua flexisse nec clamasse.

Act. 16 Paulus & Silas positi in duro carcere, media nocte orabant dominum & laudabant.

CAPVT LXXX.

De constantia & perseuerantia in propositis.

Gen. 19 NOn est respiciendum retro post egressum de societate malorū, sicut fecit vxor Loth quæ versa est in statuam.

Gen. 39 Singulis diebus, molesta erat Ioseph domina eius. Et tamen ille perseueranter resistebat operi nephario.

Exo. 8. 9. 10 Nunq̄ potuit Moyses irasci, aut vinci, qđ vel in Ægypto immolaturus dño remaneret, vel paruulos aut iumēta populi dimitteret Pharaoni.

1. Re. 17 Durè reprehēsus Dauid à fratre suo maiore, et etiā dissuasus à Saule, non destitit ab incœpto, sed viriliter

viriliter pugnauit,& Goliam vicit.

Perseueranter egit Ioab in obsidione Rabbath donec capta fuit ciuitas. 2.Re.12

Item in prælio contra Absalom. 2.Re.18

Et contra Sebam filium Bochri, in obsidione ciuitatis Abelę. 2.Re.20

Quamuis Neĕmias in ædificãdo multa passus fuit impedimẽta,nõ tamen cessauit ab opere,donec murus fuit totaliter constitutus. Neē.4.6

Cum Tobias semper ab infantia sua timuerit Deum:nõ est contristatus contra dominũ, quod plaga cæcitatis euenerit ei,sed immobilis in Dei timore permansit. Tob.2

Eliachim sacerdos magnus,alloquutus est omnẽ Israel,dicens.Scitote quoniã exaudiuit dominus preces nostras.Si manẽtes permãseritis in ieiunijs & orationibus in conspectu dei &c. Iudith.4

Scire cupiebant famuli regis Ahasueri: Vtrum Mardochæus perseueraret in sententia, de non adorando Aman:qui ita constanter perstitit in ꝓposito,vt non solum adorare voluerit, sed nec ei assurgere transeunti. Esth.4.5

Socij Danielis cõstanter dixerunt Regi Babylonis. Notum sit tibi rex,quod deos tuos nõ colimus,& statuam tuam non adoramus. Dan.3

Non dimisit Daniel propter crudele decretum Darij, quin oraret in die,sicut ante consueuerat, Dominum suum. Dan.6

Cõstãter restitit Susanna duobꝰ presbyteris senibus,qui eã tã vehementi pulsatione tentabant. Dan.13

Multi de populo Israel diffinierunt apud se vt non manducarent immunda,& elegerunt magis mori, ꝙ coinquinari immundis, 1.Ma.1

Miram cõstãtiam & perseuerãtiã habuit Eleazarus in tormentis,& magis elegit grauissima 2.Ma.6

morte

morte puniri, q̄ contra legem carnes edere porcinas, vel simulare se comedisse.

2. Ma. 7 Septē illi fratres cū pia matre sua, bene perseuerauerūt, vsq; in finē, nec poterant ad præuaricationē legis adduci, blanditijs, aut tormentis.

Luc. 1 Firmissimū virginitatis propositū habuit beata Maria virgo, quæ noluit consentire in conceptione filij, donec intellexit quod hoc fieret nō opere viri, sed virtute Spiritus sancti.

Luc. 13 Ponit dominus exemplum de illo homine ab alijs illudendo, qui incœpit turrim ædificare, nec potuit consummare.

Ioan. 9 Cæcus natus, à domino illuminatus, constanter perseuerauit contra Pharisæos veritatem confitens & defendens.

Act. 1 Oēs discipuli dñi erāt ꝑseuerantes in oratione vnanimiter cū mulieribus, & Maria matre Iesu.

Act. 4 Principes Iudæorum videntes Petri constantiam & Ioannis, cōperto quod homines essent sine literis, & idiotæ admirabantur.

Act. 11 Videns Barnabas quod multi Antiochæni erant ad fidem conuersi, hortabatur omnes, in ꝓposito cordis, permanere in domino.

Act. 13 Paulus & Barnabas suaserunt fratribus, vt ꝑmanerent in gratia dei.

Act. 20 Spiritus sanctus per oēs ciuitates protestatur Paulo, quoniā vincula & tribulationes in Hierusalē sustinere debeat. Sed nihil horū (inquit) vereor, nec facio animā meā pretiosiorem q̄ me.

CAPVT LXXXI.

De bello corporali & victoria, vt plurimum dicitur obtenta.

Gen. 14 ABraham cum paucis socijs suis debellauit quatuor reges. Qui tamen ita potentes erant, quod ipsi terras multas vastabant,

&

& tandem quinq; reges de Pentapoli vicerunt, & illos de Sodoma & Gomorrha spoliauerunt. Ipse vero Abraham spoliare cuperauit, & Loth nepotem suum liberauit.

Notandū: Quod in bello iusto, nō tenetur homo inimicis suis pugnam prædicere, vel eos præmunire. Imo licet etiam eis insidias tendere: Sicut patet per Abraham. Et Iosue octauo & decimo. Idem patet de Gedeone.

Cōtra Amalech, filios Israel impedire nitentē misit Moyses Iosue ad pugnandū. Ipse vero in ꝓpria persona nō iuit, sed in oratione permansit, & plus fecit orando q̃ ille manibus feriendo. Exo. 17

Filij Israel moti, valde animose aggressi sunt bellū prohibente Moyse contra Amalechitas & Chananæos. Illi aūt percutientes & concidentes filios Israel, percussi sunt vsq; Horma. Num. 14

Rex Arad pugnauit contra filios Israel & duxit inde prædā. Illi vero, voto se domino postea obligantes, vicerunt eum, & vrbes hostium subuerterunt. Num. 21

Ex pręcepto dñi pugnātes filij Israel cōtra Madianitas, tantā victoriā habuerūt, qđ triginta duo millia virginū fuerūt in pręda, & tñ de populo Israel nō fue[illegible]ūt, nisi duodecim millia pugnatorū: De quibu[illegible]c vnus quidē in prętio mortuus est Num. 31

Vociferante populo & clangentibus tubis, sicut præceperat Iosue, muri Hiericho corruerunt, & sic capta est ciuitas. Iosue. 6

Occasione præuaricationis Acham, filij Israel fugati fuerunt ab illis de ciuitate Hai. Post expiationem autē peccati, ad præceptum domini, capta fuit ciuitas & subuersa. Iosue. 7. 8

Cū pugnaret Iosue contra quinq; reges, qui venerāt ad destruendū Gabaonitas, misit Domi- Iosue. 10

nus

nus super illos lapides magnos de cœlo, & multo plures de lapidibus mortui sunt grādinis, q̄ quos gladio percusserunt filij Israel. Tunc ad vocem Iosue, stetit sol per spatiū vnius diei, vt posset delere funditus inimicos suos.

Eodem

Notabile est aūt, quod licet in acquisitiōe Terræ promissionis dicatur, quod Iosue omnē terrā percusserit cū regibus suis, & quod, præter Gabaon, omnes debellādo ceperit. Tamen legitur ibi, Dominus aūt Israel pugnauit pro eo: Vnde quamuis filij Israel manibus fortiter pugnarent, tamen Deo attribuebatur victoria.

Iudic. 1

Post mortē Iosue, filij Israel non leguntur iuisse ad prelium, nisi prius consulto domino, & sic iuerunt. Et tradidit dominus Chananęum & Pheresæum in manus eorum.

Iudic. 3

Multas gentes dimisit dominus inter filios Israel, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui nō nouerant bella Chananæorum, & discerent filij eorum, certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi.

Eodem

Suscitauit dn̄s Israeli, saluatorē noīe Ahud, qui percussit Eglon regē Moab. Descenderūtq; cum eo filij Israel ipso in frōte gradiente, qui dixit ad eos. Sequimini me, tradidit enim dominus inimicos nostros in manus nostras. Et percusserunt de Moabitis circiter decem milia.

Iudic. 4

Dixit Debora ad Barach. Surge, hęc est dies in quo tradidit dn̄s Sisarā in manus tuas. Perterruitq; dn̄s Sisarā & omnes currus eius, ita vt omnis hostiū multitudo vsq; ad internitionem caderet.

Iudic. 7

In trecentis viris, qui manu ad os proijcientes aquas biberunt, liberauit dominus Israel, de manu Madian & Amalech, qui erāt in maxima multitudine tempore Gedeonis,

Abimelech filius Gedeonis ex concubina, interfecit septuaginta fratres super vnum lapidem vt solus posset dominari. Postea quædam mulier cerebrum eius fregit fragmine mole iaciens sup ipsum, dum obsiderat turrim Sychem, reddidit illi dominus malum &c. Iudic.9

Trãsiuit Hiephthe ad filios Amnõ, vt pugnaret cõtra eos, quos tradidit dñs. Percussitq; .20. ciuitates filiorũ Amnon plaga magna nimis. Iudic.12

Ex magna fortitudine, quã dedit dominus Sãsoni, multas victorias obtinuit de Philistęis, qui tunc graui seruitute opprimebant filios Israel. Iudic.13

Sexcenti viri de Tribu Dan, venerunt in Lais ad populũ quiescentẽ & securum, & percusserũt eos in ore gladij: vrbẽq; incendio tradiderũt, nullo penitus ferente pręsidiũ, eo quod procul essent à Sydone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis, aut commercij. Iudic.18

Licet filij Israel iuste mouerentur contra filios Beniamin, & essent plures septuplum q̃ illi. Tamen ipsi fortitudine & numero confidentes, bis fuerunt debellati. Postea vero corã domino flentibus & ieiunantibus, dixit eis dominus: Cras tradam eos in manus vestras, & tunc plenã victoriam habuerunt de ipsis, Iudic.20

Tẽpore Eli sacerdotis, filij Israel debellati fuerunt à Philistęis: & postea quasi tentãtes deũ, tulerunt arcam domini secum, sperãtes per eã pręsumptuose victoriam habituros. Philistæi vero confortantes se mutuo, iterum vicerunt eos, & arcam Domini ceperunt in prælio. 1.Re.4

Clamante ad dominum Samuele pro filijs Israel, & sacrificium pro eis offerente intonuit dominus fragore magno super Philistæis, & cæsi sunt ab inuicem inter seipsos, & fugati, Eodem

Cum

1.Re.11 Cũ obſeſſi eſſent vici de Iabes Galaad, à Naas rege Ammonitarũ, cito ſuccurrit eis Saul. Nã cum multitudine bellatorum ingreſſus eſt caſtra, in vigilia matutina, & ſic diſperſi ſunt inimici, ita, vt non relinquerentur in eis duo pariter.

1.Re.14 Videns Ionathas, filius Saul, ſtationẽ Philiſtinorũ, dixit ad Armigerũ ſuum. Nõ eſt â domino difficile ſaluare ĩ multis, vel paucis. Et accidit quaſi miraculũ à deo, fuit enim multitudo per eos proſtrata, & huc illucq; diffugiens, vbiq; diſperſa.

1.Re.16 Ad mandatũ Samuelis, percuſſit Saul Amalech: Et apprehendit Agag regem Amalech viuum. Omne autem vulgus interfecit.

1.Re.17 Mirabile duellum fuit inter Dauid & Goliath Gethæum gigantem. Dauid enim erat puer ineptus, & ſine militaribus armis. Ipſe autem confidens in domino, præualuit aduerſus gigantẽ armatum, fortem, & expertum: Et hoc in funda & lapide, in nomine domini.

1.Re.30 Audiẽs Dauid, ꝙ Amalechitę ſuccẽderũt Sicelag, & captiuas duxerũt mulieres, cõſuluit dñm, vtrũ deberet perſequi latrunculos illos. Dixitq; ei dñs. Perſequere: Et cũ quadringentis viris debellauit eos, & prædam integram reduxit.

1.Re.31 Poſt multas perſequutiones iniquas, quas Saul cõmouit in Dauid, Philiſtæi pugnauerunt aduerſus eum, totũq; pondus prælij verſus eſt in Saul, ipſe vero accipiens gladium, ex deſperatione irruit in eum. Mortuus eſt ergo Saul, & tres filij eius, & vniuerſi viri eius.

2.Re.2 Crudele bellum fuit inter.12. pueros Dauid, et 12.ex parte Isboſeth filij Saul, quando mutuo ſe occiderunt.

2.Re.5.8 Audierũt Philiſtęi, ꝙ Dauid vnctus eſſet in regẽ ſuper Iſrael, & aſcẽderunt vniuerſi, vt quærerent

rent eũ. Qui cõsuluit dominum, & percussit eos. Alia vice accidit ei simile: Postea percussit iterum Philistęos, & tulit frenũ tributi de manu eorum. Itẽ percussit Moab, & factus est ei seruiens sub tributo. Item percussit regẽ Soba. Et de Syria duodecim millia virorũ. Seruauitq; deus Dauid in omnibus, ad quæcunq; profectus est.

2.Re.10 Videns Ioab, quod præparatum esset aduersum se prælium, & exaduerso, & post tergum dixit Abisai fratri suo. Si pręualuerint aduersum me Syri, eris mihi adiutor. Si autem filij Amnon prę ualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo &c. Inito prælio fugierunt omnes aduersarij.

2.Re.18 Bellũ inhonestũ habuerat Absalom, cõtra patrẽ suum Dauid, & male successit ei, & populo qui eidẽ adhæsit, vt scias populũ non posse proficere, qui malo principi iniuste consentit.

3.Re.20 Benabab rex Syriæ cũ.32. regibus obsidebat Samariã, & victus fuit & fugatus ad pręceptum dñi, pugnãtibus cõtra eorum exercitũ tantũ pueris principum prouinciarũ, qui erãt.232. Sequenti anno venit iterum Benadab cũ maximo exercitu, & ceciderunt centum millia peditũ de Syris in die vna, pro eo, quod dixerant: Deus est montium dominus, & non est deus vallium.

4.Re.3 Cum essent congregati rex Iuda & rex Israel & rex Edom, vt pugnarent contra Moab, & magnum paterentur aquæ desertum, dixit Elisęus propheta: Alueus iste replebitur aquis, Insuper tradet dominus Moab in manus vestras.

4.Re.6.7 Samaria tamdiu obsessa fuit à rege Syrię, quod vendebatur caput asini, 8, siclis argenteis & . 4.

pars cadi stercoris columbini.5.argenteis. Sed ad verbum Elisęi, fugati sunt Syri, & ex hoc habuerunt maximam rerum abundantiam.

4.Re.14 Amasias rex Iuda, obtenta victoria de Edom misit ad regem Israel, prouocans eum ad prælium: sed fuit ab illo fugatus, & magna pars murorum ciuitatis Hierusalem destructa fuit, occasione elationis ipsius Amasiæ.

Eodem Licet Hieroboā filius Ioas rex Israel, esset malus & populus eius, tamen Dominus per manū illius saluauit eos, & multa bona fecit eis.

4.Re.15 Bene & mirabiliter pugnauit dominus pro Hezechia rege Iuda, aduersus Sennacherib regē Assyriæ, quando angelus domini, vna nocte percussit de exercitu Sennacherib.185000. Et ipse post à filijs suis occisus fuit.

2.Par.13 Abia rex Iuda cum exercitu suo, videns quod instaret bellum ex aduerso, & post tergum clamauit ad dominum, Et sacerdotes canere tubis cœperunt, & perterruit dominus Hieroboā, & omnem Israel. Et ceciderunt vulnerati ex Israel 50000. virorum fortium. Humiliatiq; sunt filij Israel vehementissime, & confortati filij Iuda, eo quod sperassent in domino.

2.Pa.14. Egressus est cōtra Asa regē Iuda Zara Æthiops cū exercitu suo decies centenis milibus: & inuocauit Asa dominum, dicens. Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, aut in multis. &c. Sequitur. Exterruit itaq; Dominus æthiopes, & ruerunt vsq; ad internitionē quia domino cædente contriti sunt.

2.Pa.20 Cōgregati sunt filij Moab & Amnō, vt pugnarent cōtra Iosaphat. At ille cōtulit se totum ad rogandū dñm. Cūq; cœpissent cātores dñi laudes canere, vertit dominus insidias aduersariorū

in

in seipsos, & mutuis vulneribus ceciderunt.

Phacee filius Romeliæ rex Israel occidit de Iuda centum viginti millia in vna die omnes viros bellantes, eo quod reliquissent dominum. 2. Par. 28

Victoriã, quã dedit dominus populo Israel, per manũ Iudith famosa est. Vt in lib. Iudith, quasi per totum. Vnde ipsa dixit, occiso Holoferne. Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit in manu fœminæ, & confudit eum. Iudith, 16

Videns Iudas Machabæus exercitum Seronis magnum, socijs timentibus ait: Facile est concludi multos in manu paucorum. & non est differentia in conspectu dei cœli liberare in multis, vel in paucis &c. Et contritus est Seron & exercitus. Idem Machabæus cum tribus milibus virorum qui tegumenta & gladios non habebant, debellauit Gorgiam cum magno exercitu. 1. Ma. 3 1. Ma. 4

Venit Bacchides in virtute multa, vt pugnaret cõtra Ionathã, & dixit Ionathas ad suos: Pugnemus & clamemus in cœlũ vt liberemur de manibus inimicorũ nostrorũ, quod & factum est. 1. Mac. 9

De Iuda Machabæo satis notabile est, quod cum toties pugnauerit, & tot probitates fecerit, quandocunq; pugnaturus orauit, & diuinum auxilium inuocauit, semper vicit: In duobus autem præcipuis bellis, orasse non legitur. Vnum fuit contra Antiochum Eupatorem: Secundum contra Bacchidem & Alchimum, & tunc ipse in prælio cecidit. 1. Mac. 6

CAPVT LXXXII.

De impatientia & murmure.

AGar ancilla Saræ non ferens correptionem dominæ suæ, quæ affligebat eã propter ipsius superbiam, fugam iniuit, sed ad mandatum angeli redijt. Gen. 16

Exod.5 Prępositi filiorū Israel dixerunt Moysi & Aaron. Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorē nostrum corā Pharaone &c.

Exo.14 Vidētes Ægyptios filij Israel dixerūt ad Moysen: Forsitan nō erāt sepulchra in Ægypto, ideo tulistis nos, vt moreremur in solitudine.

Exo.15 Prima murmuratio filiorū Israel in deserto, fuit pro defectu potus. Murmurauit populus contra Moysen, dicens. Quid bibemus? &c.

Exo.16 Deinde pro cibo, murmurauit omnis cōgregatio filiorū Israel, dicens: Cur induxistis nos in desertum, vt occideretis omnē multitudinem fame? Iterum murmurauit postq̃ miserat Dominus coturnices & manna, prę sitis angustia.

Eodem Cum patiebatur populus famem in deserto, cum murmure & impatientia recordabatur carnium, quas comederat in Ægypto. Sed de durissima seruitute, qua opprimebatur, non faciebat aliquam mentionem.

Exo.32 Vidēs populus quod morā faceret descēdendi de monte Moyses, cōgregatus aduersus Aarō ait. Surge, & fac nobis deos, qui nos pręcedant.

Num.11 Ortum est murmur populi, quasi dolentium præ labore contra dominū, & accensus est in eos ignis domini, & deuorauit extremā castrorū partem. Et nota peruersitatem illorū dicentium. Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, cum ita care emerant.

Num.16 Post terribilem mortē Chore, & cōplicū suorū, multitudo murmurauit cōtra Moysen et Aaron, dicēs, Vos interfecistis populum domini.

Num.20 Rursus propter defectum potus & fructuum murmurauerunt & iurgati sunt filij Israel contra Moysen, ad aquas contradictionis.

2.Re.17 Videns Achitophel, quod non fuisset factum

iuxta

iuxta consilium suum, in tantum impatiens fuit, quod recessit ab Absalome, & abiens in domum suam suspendio interijt.

Quia durius loquuti sunt filij Iuda cum illis de decem tribubus, separatus est Israel à Dauid, & sequutus est Sebam filium Bochri. 2.Re.20

Cum dixisset Tobias de hœdo, quem balantem audiuit. Videte ne furtiuus sit: vxor eius impatienter respondit. Tob.2.

Sara filia Raguelis vnã de ancillis suis ꝓ culpa increpabat, & illa nimis iniuriose respõdit, dicens: Amplius ex te nõ videamus filiũ aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. Tob.3

Nunciatum est Holoferni, quod filij Israel præparassent se ad resistendum: & furore nimio exarsit in iracundiam magnam. Iudic.5

Item cum cessasset loqui Achior, indignatus est Holofernes, vehementer. Eodem

Pro eo, ꝙ Mardochęus noluit adorare Aman, ita ille indignatus & impatiens fuit, qđ visus est procurare mortem eius, & omniũ Iudæorum. Esther.3

Vidẽs Elihu filius Barachel, quod amici Hiob disputantes cũ eo, non poterant eũ conuincere, ostendit multa signa impatientiæ verbis suis. Hiob.32

Audiens Nabuchodonosor, quod socij Danielis aureã statuam quã fecerat, adorare nolebant, in ira & furore eos corã se adduci præcepit. Dani.3

Audiens Herodes natũ esse regem Iudęorum turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Mat.2

Discumbente Domino, in domo Matthæi, murmurabant Scribæ & Pharisæi, dicentes ad discipulos eius. Quare cum peccatoribus & publicanis manducatis? Luc.5

Simile habetur. Lucę.15. Erant appropinquãtes ad Iesum publicani & peccatores. &c.

Luc.19 Item de Zachęo murmurabāt dicentes. Quia ad hominem peccatorem diuertiſſet.

Luc.15. Frater filij prodigi, audiens feſtum, quod faciebat pater adoleſcentiori filio reuertenti, indignatus eſt, & nolebat introire.

Mat.21 Vidētes principes ſacerdotū & ſcribę miracula quæ Dominus faciebat, & pueros clamantes. Hos anna filio Dauid, indignati ſunt &c.

Ioan.9. Phariſęi videntes ſe per illum cæcū natū, à domino illuminatū, verbis efficacibus cōfutari, maledixerunt ei & dixerūt: Tu diſcipulus eius ſis, & in peccatis natus es totus, & doces nos?

Act.6 Factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebręos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. &c.

CAPVT LXXXIII.

De puſillanimitate.

Gen.9 CVm dixiſſent angeli ad Loth: In monte ſaluum te fac. Reſpondit: Non poſſum in mōte ſaluari, ne forte apprehendat me malum. Et tunc peius ei accidit.

Exo.14 Videntes filij Iſrael Ægyptios poſt ſe, timuerunt valde, licet vidiſſent tot miracula facta pro eis, poteſtate diuina.

Exo.20 Loquente domino Moyſi in monte, populus audiebat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq́; fumigantem: & perterriti, ac pauore percuſſi ſteterunt procul, dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.

Num.13 &.14 Reuelatione facta de cōditionibus terrę promiſſionis, q̄ habebat cultores fortiſſimos & vrbes grandes atq; muratos, dixerūt illi de populo Vtinam mortui eſſemus in Ægypto: & dixerūt: Nuncij terruerunt nos. Sicut dicit Deut.1.

Videns

Videns Balaac rex Moab, omnia quæ fecerant filij Israel Amorrhæis, & quod timuisset populus eius, plus confisus est in verbis, quàm in armis vnde nuncios misit ad Balaam, vt veniret & malediceret filijs Israel. Num. 22

Exploratoribus, qui venerant ex parte Iosue, dixit Rachab: Noui quod tradiderit dominus terram vobis, & iam irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Iosue. 2

Postquam Achior tulerat de anathemate Hiericho fugauerunt filij Hai filios Israel, & corruerunt ex eis triginta sex homines, pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est. Iosue vero scidit vestimenta. Iosue. 7

Gabaonitæ audiëtes cuncta, quæ fecerat Iosue Hiericho & Hai, timuerũt, & veniëtes ad Iosue, fecerunt pactum ad voluntatem ipsius. Iosue. 9

Cum haberet Gedeon in exercitu suo triginta duo millia hominum, clamatum fuit: Qui formidolosus est, reuertatur. Et reuersa sunt ex populo viginti duo millia hominum. Iudic. 7

Saul & omnes Israelitæ audientes sermones Goliath Philistæi, singulare certamen petëtis, stupebant nimis. 1. Re. 17

Congregauit Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe, & vidit Saul castra Philistijm, & timuit, & expauit cor eius nimis. 1. Re. 28

Roboam rudis & corde pauido, nõ potuit resistere exercitui, quem Hieroboam congregauit contra eum. 2. Par. 13

Cum audissent exercitus Assyriorum Holofernem esse decollatum, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt. Iudith. 15

Nunciatũ est domui Dauid, quod rex Israel,

& rex Syriç cõfœderati deberẽt cõtra Hierusalẽ prçliari, & cõmotũ est cor eius et cor populi ei9 sicut cõmouentur ligna syluarũ à facie venti.

Esa. 24 Onus Tyri describens Esaias, dicebat: Formi do & fouea, & laq̃us sup te, q habitator es terrç.

Hier. 38 Propheta Hieremia ex parte Domini prophetante Hierusalẽ capiendã esse, dixerunt principes populi Sedechiæ: Rogamus vt occidatur homo iste, qui tanq̃ pauidus & miser respondit eis: Ecce i pse in manibus vestris est: Neq; enim fas est regem vobis quicquam negare.

Dani. 6 Darius rex Persarum, statuit de consilio Satraparũ, quoddã crudele decretum. Quod cũ transgressus esset Daniel, missus est in lacum leonum, & tamen displicuit regi, sed illis Satrapis viriliter contradicere non audebat.

1. Ma. 9 Videns Iudas Machabçus quod defluxerat exercitus suus, & bellũ perurgebat eũ, confractus est corde, & in bello illo cecidit. Nec legitur idem Iudas aliâs in bellis vel alibi timuisse.

2. Ma. 14 Nicanor contraxit amicitias cum Iuda Machabæo, quod displicuit Antiocho regi, & mãdauit Nicanori, vt hinc mitteret ei Iudam, qui hoc inuite faciebat. Sed tamen voluntati regis resistere, nõ audebat. Vnde si potuisset, malam voluntatẽ regis implesset.

Mat. 14 Ambulans supra mare Petrus, veniebat ad dominum. Videns autẽ ventum validum timuit.

Ioan. 3 Pusillanimitas videtur fuisse in Nicodemo, quod ipse venit ad Iesum nocte, quasi non venire auderet de die.

Mat. 26 Vidẽtes discipuli capi dominũ & ligari relicto eo fugierunt omnes. Petrus autẽ sequebatur eũ à longe, quia appropiare non audebat.

Mat. 8 Arguit dominus pusillanimitatem discipulorum

rum,quia cōmotionem maris ipso pręsente timebant,vnde ait:Quid timidi estis ? modice fidei.

Pusillanimis Petrus fuit nimis, quādo ad vocem vnius ancillæ dominum post tantæ audatiæ verba negauit. Mat.26

Similiter adolescens ille amictus sindone cum teneretur à ministris,maluit amittere sindonem, & nudus aufugere,q̃ ibi amplius remanere. Mar.14

Parentes illius cæci nati,à domino illuminati, responderunt timide Pharisęis, eo quod timebāt extra synagogam fieri. Ioan.9

CAPVT LXXXIIII.

De fortitudine ad faciendum malum.

CAin fuit fortior q̃ Abel, quando cōsurrexit aduersus eum,& interfecit eum. Gen.4

Multum laborauerūt illi quatuor reges qui post magnam stragem hominū debella uerunt regem Sodomorū cum cæteris, & Loth nepotem suum Abrahę captiuum duxerunt. Gen.14

Abimelech filius Gedeonis fatigationē magnam sustinuit,occidendo.70.fratres suos, & postea Sychimitas oppugnando:& deinde satis cito miserabiliter occisus. Iudic.9

Multis & magnis periculis & laboribus Saul se exposuit ad persequendum Dauid, & nunquam propositum potuit obtinere. 1.Re.18

Absalon volēs expellere patrē suū de regno, grande negotiū arripuit,& pessime ei successit. 2.Re.15

Excogitando & bellando multum laborabat Hieroboam,ad hoc quod populum Israel posset à domo Dauid auertere,& auersum retinere. 3.Re.12

Terras multas perambulauit Holofernes & deuastauit,vt eas posset domini sui imperio subiugare. Sed tandem vna mulier decapitauit eū etiā, antequam propositum compleuisset. Iudith.1.

2.Mac.9 Antiochus Epiphanes multos labores sustinuit, vt cultum dei destrueret in Iudæa, & tandē depauperatus & confusus in aliena terra miserabili morte defunctus est.

Mat.26 Non solū prudentiores, sed etiam potētiores sunt filij huius sæculi, filijs lucis in generatione sua frequenter. Nam discipulis dormientibus, Iudas procurādo proditionē diu solicitus vigilabat

Mat.28 Principes sacerdotum multa solicitudine & labore fatigati fuerunt ad hoc, quod possent extinguere, & ad nihilū redigere nomen Christi: Corruperunt enim custodes dominici sepulchri per copiosam pecuniam quam dederunt, vt dicerent eum per eius discipulos fuisse furatum.

Act.3.4 Item & discipulos eius nunc carceribus monuerunt, nunc sermonibus arctauerunt, nunc verberibus & contumelijs affecerunt, vt non loquerentur nec docerent in nomine domini Iesu.

Act.23. Cum tribunus Lysias vinctū detineret Paulum, fuerunt amplius q̄.40. Iudæi, qui vouerunt se non gustaturos quicquā, donec occiderent Paulum, vnde volebant, vt produceretur Paulus in medium, vt eo viso, statim cum impetu occiderent eum.

CAPVT LXXXV.

De homicidio.

Gen.4 1.Re.17 Exo.1 3.Re.2 2.Re.20 Mar.6. Act.5. GRauiter deus homicidium commissum à Cain puniuit, & tamen nondum erat prohibitum aliqua lege scripta. Occidit Cain Abel fratrem suum: Moyses Ægyptium: Dauid Goliam: Ioab Abner & Amasam: Salomon Abdomam, Ioab, & Semei: Herodes Ioannem Baptistam: Petrus Ananiā & Saphirā. Sed consydera varias intentiones & caussas. Voluit dn̄s vt homo vehementer abhorreret homicidiū

Vnde

Vnde & sanguinem in carne prohibuit. Gene. 9.

Homicida deberet reputari quasi occisus, vnde dixit Rebecca: Cur vtroque orbabor filio in ira dei? Quia si occidisset Esau Iacob, vtrumque perdidisse filium reputabat. Gen. 27

Si Zebee & Salmana fratres Gedeonis nō occidissent, nequaquam post ab eodē occisi essent. Iudic. 8

Abimelech filius Hieroboal occidit septuaginta fratres suos, vt solus posset regnare. Sed ipse ibi modico tempore dominatus fuit, multa mala sustinuit, & male vitam finiuit. Iudic. 9

Quia sacerdos Abimelech confortauit Dauid fugientem Saul, ipsius Dauid persequutor, Saul occidit eum cum alijs sacerdotibus, mulieribus, & paruulis. 1. Re. 22

Occidi fecit Dauid adolescentem, qui dixit se Saul occidisse. 2. Re. 1

Item fecit occidi Vriam per manum Ioab. 2. Re. 11

Absalon inuitatum ad conuiuium fratrē suum Amnon, illum ibidem occidit. 2. Re. 13

Tantus est horror effundendi humanum sanguinem, quod licet alias Dauid esset optimus, tamen noluit dominus vt ædificaret ei templū, sed Salomon filius. 3. Re. 7

Quāuis Ioab fuerit miles probus in armis, & dn̄o suo valde fidelis, quia tamē occidit duos viros proditorie, omnes eius gratiæ quasi pro nihilo cōputatę fuerunt. Vnde fecit eum occidi Salomon, licet teneret cornu altaris. 3. Re. 2.

Procurante impia Iezabel, Naboth fuit crudeliter lapidatus. 3. Re. 21

Rex Iuda Ioas, iussit Zachariā filiū Ioiadæ sacerdotis à populo lapidari, cū tamen pater illius restituisset illi regnū, & Athaliam occidisset. 2. Par. 24

Duo senes presbyteri, qui mortem Susannæ Dan. 13

nequissi-

nequiſſime cogitabant, conuicti per Danielem, à populo ſunt occiſi.

1.Mac.13 Occidit Tryphon Ionathã et duos filios eius. Cum tamen recepiſſet à Simone centum talenta argenti pro liberatione Ionathæ, & duos eius filios pro obſidibus.

1.Mac.16 Ptolemæus filius Abobi fecit cõuiuium ſummo ſacerdoti & duobus filijs eius, & cũ inebriati eſſent proditorie occidit eos.

CAPVT LXXXVI.

De ſtragibus hominum diuerſis.

Gen.7 TErribilis hominum & aliorum animalium ſtrages fuit, quando tẽpore Noẽ omnes homines preter octo diluuio perierunt.

Gen.14 Illi quatuor reges qui debellauerunt quinque reges, magnam cędem hominum fecerunt, veniendo vſq; illuc, & pugnando contra illos, licet eorum numerus non ſit ſcriptus.

Exodi per totũ Quot homines diuerſis plagis perierint in Ægypto, & ſubmerſi ſint in mari rubro, numerus per ſcripturam non poteſt ſciri, ſed debet maximus reputari.

Num.1 De ſexcentis millibus hominum bellatorum à viginti annis & ſupra, qui numerati ſunt, nullꝰ intrauit promiſſionis terram, exceptis Caleph, & Ioſue, ſed omnes interierunt varijs calamitatibus in deſerto.

Num.31 Maximam cædem fecerunt filij Iſrael præcepto Moyſi de Madianitis, quod per prædam quã rapuerunt poteſt deprehendi, quia.320000.virginum ſunt inuenta. Omnes autem mulieres corruptæ, & maſculi fuerunt iugulati.

Iudic.7 &.8. Tẽpore Ioſue in ingreſſu terræ promiſſionis, tam in ciuitatibus, q̃ in campis, fuit apud omnes homines infinitus numerus occiſorum.

Tempo-

Temporibus autem Delbore, & Gedeonis, & Hiephthe iudicum Israel, multi fuerunt occisi, quamuis certus numerus non possit haberi.

Occasione vxoris Leuitæ, fuerunt occisa septuaginta millia hominum bellatorum, præter mulieres & paruulos, qui omnes in tribu Beniamin perierunt. Iudic.20

In diebus Heli, qñ fuit capta arca domini, ceciderunt de Israel.30000. peditum pugnatorum. 1.Re.4

Saul q Amalech deleuit, plurimos ibi occidit. 1.Re.14

Et postea interfecto Goliath Philistæo, multi Philistęi fuerunt occisi. 1.Re.17

In morte Saul & filiorum eius, multi de Israel ceciderunt. 1.Re.31

Dauid de suis & de filijs Amnon, & de Philistæis multum sanguinem fudit. Sicut patet in diuersis locis &c. 2. Regũ per totũ.

Pro peccato elationis Dauid, in numeratione populi, ceciderunt.50000. virorum. 2.Re.24

Congregatis trigintaduobus regibus, & nimia multitudinẽ pugnatorum, Benadab rex Syriæ, bis fugatus est ab Achab rege Israel: & secũda vice, centum millia peditum ex parte Assyriorum occisa fuerunt. 3.Re.20

Abia rex Iuda, & exercitus eius, vulnerauerunt vno die de exercitu Ieroboam.50000. virorum fortium. 2.Par.13

Asa rex Iuda, habuit in exercitu suo quingenta & octingenta millia: Æthiopes vero fuerunt decies centena millia, & ruerunt Æthiopes vsq; ad internitionẽ, quia Dño cædente contriti sunt. 2.Par.14

Rex Israel Phacee filius Romeliæ occidit de Iuda centũ millia hominũ virorũ bellatorum die vna, eo quod dereliquissent dominum. 2.Par.28

Quando Salmanassar cepit Salmanam, et transtulit Alij Samariam

ſtulit filios Iſrael in Aſſyrios. Et quãdo Nabucho donoſor cepit Hieruſalẽ, & captiuauit regẽ Iuda, ſatis eſt veriſimile multos homines corruiſſe, licet numerus non ſit certus. Hier.39

Occaſione ſuperbi et crudelis Aman, qui propter ſolũ Mardochęũ voluit cęteros iugulare Iudeos, occiderunt Iudęi in regnũ Ahaſueri.75000. hominũ, quos ſuos reputabant inimicos. Eſth.9.

Miſit Ionathas Demetrio apud Antiochiam 3000. virorũ in auxiliũ contra illos de ciuitate, qui volebant Demetriũ occidere, & occiſa ſunt vna die de Antiochęnis centum millia hominum. 1. Mac.11

Tanta cædes hominũ fuit in Hieruſalẽ, quãdo Antiochus Epiphanes eam cepit, q̃d toto triduo fuerũt interfecti octoginta millia hominũ, &.40. millia vincti non minus venundati. 2. Mac.5

Aduerſus Galatas, ſex millia ſoli, peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo &c. 2. Mac.8.

Pugna Iudæ. Præter prælia quæ commiſit Iudas Machabęus, contra Appolonium & contra Seron principem exercitus Syriæ, de quibus agitur.1. Machabæorũ.3 Legitur ipſe Machabæus.12. ſpecialiter habuiſſe conflictus: videlicet, ab octauo cap.2. libri vſq; in finẽ. In quibus.1. occiderunt.9000. hominum de illis qui erant cum Nicanore.

Deinde.20000. cum Timotheo & Bacchide.

Poſtea vero.25000. de Idumęis.

Iterum de Idumęis.24000. in duabus turribus inimicis.

Conſequenter.21000. cum Timotheo.

Item.12000. cum Lyſia.

Poſtea.10000. in quodam prædio Timothei.

Item.30000. cum Timotheo.

Deinde,25000, in Carmon fortiſſima ciuitate.

Item in alia ciuitate nomine Ephron.25000.

Postea in castris Antiochiæ & Eupatore interfecit.14000.

Tandem occisus Nicanor cum.25000.pugnatorum. Summa omnium, ducenta et.36000.hominum, præter illos, qui quandoque de Iudę exercitu ceciderunt.

Item exceptis illis, qui in diuersis munitionibus & pręlijs occubuerunt, quorum certus numerus non habetur. Non computantur etiā hic qui in vltimo Iudę bello cōtra Bacchidem & Alchinum mortui sunt, vbi factum est pręlium à mane vsque ad vesperam, vbi etiam dicitur quod Iudas cecidit, & cęteri fugierunt.

CAPVT LXXXVII.

De abstinentia & sobrietate.

PRæcepit dominus Adam dicens: Ex omni ligno paradysi comede, de ligno scientię boni & mali ne comedas. In quo abstinentia commendatur, dum non omni cibo voluit hominem vti in paradyso. Gen.2.

Moyses fuit in monte cum dño.40.diebus & 40.noctibus, & non manducauit nec bibit. Abstinentia enim bona dispositio est ad percipiēdas reuelationes diuinas, et homo refectus diuina cō solatione, solet corporales delitias abhorrere. Exo.24

Filijs Israel præcepit Dominus à multis cibis abstinere. Leui.11

Vir siue mulier cum votū fecerit vt sanctificaretur, & se voluit dño consecrare, à vino et omni eo quod inebriari potest abstinebat. Num.6

Vxori Manue liberatorem populi concepturæ, angelus apparens abstinentiam indixit. Iudic.13

Ad cōmendandam sobrietatem, quæ est in esu pisciū, & in abstinentia à carnibus, multum facit, Luc.5.

quod

quod dominus in Euangelio pluries multiplicauit pisces, non carnes. Vnde ad pręceptum domini concluserunt discipuli multitudinem piscium copiosam.

Pręterea panes & pisces bis multiplicasse legitur, nunquã carnes. De quinq; panibus & duobus piscibus. Mar.6. Luc.9. Itẽ de eodẽ. Ioan.6 De.7. panibus et paucis pisciculis ab ipso domino multiplicatis habetur Mat.15. Marci.8.

Act.2 Volens Petrus rationabiliter ostendere, quod discipuli spiritu sancto pleni, non essent ebrij, dicit quod adhuc non erat hora diei tertia. Dans intelligere: Quod ante horam tertiam esset inconueniens manducare.

1.Re.14 Populus Israel erat in castris esuriens, & erat mel per agrum et nullus comedit de eo, q̃ Ionathas filius Saul.

1.Re.23 Cũ desiderasset Dauid aquã de cisterna Bethlehem allatam, postea noluit bibere, quia nimis auide concupierat illam.

3.Re.17 Tenuis victus sufficiebat Heliæ, qui petijt à vidua Sareptana paululum aquæ, & buccellã panis.

3.Re.14 Vxor Hieroboam vadens ad Heliam prophetam, tulit decem panes, et vas mellis: non fit ibi mentio de carnibus, quia supponebat prophetã non vesci talibus cibis.

3.Re.19 Notabile est q Heliã pauerunt corui carnibus bis in die. 3. Re.17. Sed angelus domini ostendit ei panem, et vas aquæ semel tantum.

3.Re.21 Audiens Achab comminationem sibi factam à domino per Heliã prophetã, post occisionẽ Naboth, operuit cilicio carnẽ suã, ieiunauitq;, & dormiuit in sacco, & ambulabat demisso capite: propter quod dominus illam quam comminatus fuerat, temperauit pœnam.

Esdras

Esdras prędicauit ieiunium, & fecit q omnes affligerent animas suas, quia petierant à domino, vt viam rectam & prosperam daret eis. Sequit. Ieiunauimus & rogauimus dominum, pro hoc, & euenit nobis prospere. 1. Esd. 8

Congregati sunt filij Heli & filij Amnon, & cum eis de Ammonitis, vt pugnarent contra Iosaphat regem Iuda. Quod ille audiēs totum se cōtulit ad rogandum dominum, & prędicauit ieiunium in vniuersa Iuda. Sequitur: quod victoriā obtinuit. 2. Par. 20

Rogaturus Neemias Artaxerxē regē pro ciuitate sancta, vt muri eius possent reparari, dicit de seipso: Ieiunabā & orabā ante faciem dei cœli. Neem. 1

Paulus & Barnabas cū constituissent in diuersis ciuitatibus per singulas ecclesias presbyteros & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt. Act. 14

De Tobia iuniori et socero eius ac cęteris amicis dicitur: Cū timore dñi conuiuia nuptiarū exercebant. Angelus etiā postea dicit vtriq; Tobiæ Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Tob. 9

Audiētes filij Israel terribilē potentiā Holofernis, humiliauerunt animas suas in ieiunijs. Iudith. 4

De Iudith etiam dicitur. Quod ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata & festa, & Neomenias domus Israel. Iudith. 8

Alloquutura regē Ahasuerum, dixit Esther Mardochęo: Congrega oēs Iudęos, quos in Susis reperies, & orate pro me, non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Esth. 4

Commendatur à domino abstinentia Rechabitarum, quia noluerunt bibere vinum, sicut pręceperat eis pater eorum. Hier. 35

Ezech.4 Durã dietã imposuit dñs Ezechieli prophetæ dicens: Sume tibi frumentũ, & hordeũ, & fabã, & lentem, et milium, et vitiam &c.

Dan.1. Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis. Sequitur: Pueris illis dedit dominus scientiam et disciplinam &c.

Dan.10 Daniel per tres hebdomadas panem desiderabilem non comedit, & caro et vinum non introierunt in os eius, & tunc mirabilem ostendit ei Dominus visionem. Gregorius in Omilia Pentecostes dixit, quod spiritus sanctus abstinentem impleuit puerum, & prophetam iudicem senum fecit, sicut apparet Dan.10.

Dan.14 Panem & pulmentũ misit dominus per prophetam Abacuc Danieli posito in lacu leonum, non carnes, aut alia cibaria delicata.

2.Mac.7 Eleazarus vir ætate prouectus, maluit occidi crudeli morte, q̃ carnes porcinas contra legẽ mãducare, vel etiam simulare se comedisse.

Eodem Contigit septem fratres cum matre eorum compelli à rege carnes porcinas cõtra legem mãducare: illi vero magis elegerunt crudelissima tormenta sustinere.

Mat.3. De beato Ioanne Baptista dicitur, quod eius esca erat locustæ & mel syluestre.

Mat.11. Multam abstinentiam in cibo et potu dicebatur facere, quasi non manducans nec bibens, scilicet, Ioannes.

Luc.2. Anna ꝓphetissa filia Phanuel, inter cętera cõmendatur, ꝙ nõ discedebat ex tẽplo, ieiuniјs & obsecrationibus seruiens die ac nocte.

Mat.4 Luc.4 Saluator noster post baptismũ, statim ductus est in desertũ, & ibi ieiunauit donec esuriret. Contra illos qui ieiunant cũ fœditate conscientiæ, vel qui nolunt tẽpore ieiuniј esuriem sustinere.

Filij Israel de duodecim tribubus primo et secundo à filijs Beniamin debellati, postea fleuerũt coram domino, et ieiunauerunt die illo, et sic pręualuerunt in illos. Iudic. 20

Philistæi tempore Heliæ debellauerunt filios Israel vna vice & altera, & arca Domini fuit capta. Tertio postea congregati sunt Philistęi sub Samuele: Sed filij Israel ieiunauerunt die illa atq; dixerunt: Peccauimus domine &c. Sequitur. Q. d. cęsi sunt à filijs Israel. 1. Re. 4.

Post resurrectionem etiam septem discipulis piscantibus & non prandentibus, manifestauit se Saluator dicens: Mittite in dextram nauigij rete, & inuenietis. Sequitur, Quod extraxerunt rete plenum magnis piscibus, et de piscibus illis dedit dominus discipulis suis. Populo autẽ Iudaico tanquam carnali et de carne curanti, dedit deus carnes ad vescendum, licet in malum ipsius. Ioan. 21

Multum valet abstinentia, ad hoc, qđ homo possit vigilare facilius & orare. Nam post cœnã increpauit dominus discipulos suos dicens: Non potestis vna hora vigilare mecum? Mat. 26 Mar. 14 Luc. 22

Saluator noster, cuius actio, est nostra instructio, nunq; legitur carnes comedisse, nisi de agno Paschali. De pisce vero sibi allato ad manducandum, comedit. Luc. 24 Ioan. 21

Mittens dominus discipulos ad prędicandum dixit: In quãcunq; domum intraueritis &c. edẽtes & bibentes, quæ apud illos sunt. Hoc est, vt essent contenti cibarijs quæ haberent, non curiose alia quęrerent. Luc. 10

Cũ esuriret Petrus in domo Simonis coriarij, cecidit super eum mentis excessus, et vidit cœlũ apertũ &c. In qua etiã visione oblata sunt sibi animalia, secundum legem vetita. Qui comedere Act. 10.

renuit,quamuis vt dictum est,esuriret.

Act.13. Erant in ecclesia,quę erat Antiochię prophetę & doctores &c. Ministrantibus autē illis dn̄o, et ieiunātibus illis,dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Paulum &c.

Neem.9 Cōuenerūt filij Israel in ieiunijs,& in saccis et humo super eos &c. Et steterūt,& confitebātur peccata sua,& legerunt in volumine Legis.

Tob.2 Cū esset factū prandiū bonū in domo Tobiæ & audisset vnū de filijs Israel iugulatū iacere in platea,statim exiliens de accubitu suo, relinquēs prandium,ieiunus venit ad corpus.

Dan.9 De seipso loquens Daniel ait: Posui faciē meā ad dominum deum,rogans & deprecans in ieiunijs,sacco,& cinere: Et tunc percepit specialē reuelationem de incarnatione,de passione, & occisione Christi &c.

Baruch.1 Baruch legit verba libri sui ad aures Iechonię filij Ioachim regis Iuda, & ad aures populi vniuersi,qui audientes plorabant & ieiunabant, & orabant in conspectu domini.

CAPVT LXXXVIII.

De gula & ebrietate.

Gen.3. PRimum hominis peccatum,vitio gulę fuit completum.

Gen.9. Noē bibens vinum inebriatus & nudatus est in tabernaculo suo.

Gen.19 Loth inebriatus incestum cum proprijs filiabus commisit &c.

Gen.25 Esau pro lentis edulio, vendidit primogenita sua. Sedit populus manducare & bibere,& cœperunt ludere.

Leui.9 Dixit dn̄s ad Aaron,vinū & omne quod inebriare potest,nō bibes tu & filij tui,quādo intrabitis in tabernaculū testimonij,ne moriamini.

Quicunq;

Quicunq; fecerat votum in lege, et se volebat domino consecrare, à vino & ab omni eo qd inebriare poterat, abstinere debebat. Num.6

Fragrauit populus desiderio carnium, sedens & flens, ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes &c. Num.11

Prima tentatio filiorum Israel fuit de potu: secunda de cibo: Et postea simili occasione multoties peccauerunt. Exo.16

In trecentis viris, qui ad aquas lambuerunt, & moderate biberunt, liberauit dominus Israel de manu Madian. Iudic.7

In epulis fiũt hoĩes audatiores & loquatiores Iudic.9 Inter epulas et pocula maledicebãt Abimelech

Epulantibus Philistęis & lætantibus, domus cecidit super eos. Iudic.16

Nolebant filÿ Israel carnes coctas ab offerentibus accipere: sed crudas, vt eas sibi lautius prępararent. 1.Re.2.

Comedit Ionathas modicum mellis, cõtra inhibitionem patris, & ideo occisus à patre fuisset, nisi populus occurrisset. 1.Re.14

Amnon filius Dauid in conuiuio Absalon temulentus, fuit occisus. 2.Re.13

Benadab rex Syrię temulentus, in tabernaculo suo habebat maximam multitudinem bellatorum, & tamen victus fuit, et fugatus per pueros principum prouinciarum. 3.Re.20

Comederunt & saturati sunt, impinguati & abundauerũt delitÿs in bonitate tua magna, prouocauerunt autem te ad iracundiam. Neem.9

Pręualet vinum omnibus hominibus, qui bibunt illud, seducit mentẽ, itemq; regis & orphani facit mentem vanam. 3.Esd.3

Holofernes bibit vinũ multũ nimis, q̃ vna die Iudith.13

vnquã biberat in vita sua. Et post pauca sequitur Erat Iudith sola in cubiculo. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Quo facto Iudith habuit oportunitatem occidendi eum.

Esth.5 Egressus est Aman à conuiuio reginę lætus & alacer, sed in crastino fuit tristis et confusus cũ decem filijs suis patibulo crucis affixus.

Hiob.1 Nouerat Hiob multa in conuiuijs peccata, idcirco postquã epulati fuerant filij eius, consurgẽs diluculo, offerebat holocausta per singulos.

Esa.22 Pro tẽpore illo, quo debebat destrui Hierusalẽ dicitur. Vocauit dñs ad fletum et planctũ, & ecce gaudium et lętitia. Occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, et bibere vinũ, Comedamus et bibamus, cras enim moriemur.

Esa.28 Sacerdos & propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate. Omnes enim mensæ replerę sunt, vomituq; sordium &c.

1.Mac.15 Ptolemæus filius Abobi, fecit conuiuium Simoni sacerdoti, et duobus filijs eius, et cum inebriati essent, occidit eos.

Gen.3. Primi parẽtes p esum ligni vetiti, peccauerũt. Filij Israel venientes in desertum. Primo pro aquis amaris, deinde pro defectu cibi murmurasse leguntur.. Exo.16.

Mat.4 In tentatione domini secundum Mat. & Luc. legitur. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant &c.

Mat.14 Mar.6 Herodes natalis sui cœnam fecit, filia vero Herodiadis ibi saltauit, & Herodi, simulq; recumbentibus placuit. Quia et hac occasione decollatus est Ioannes Baptista, ad petitionem illius saltatricis.

Luc.8 Spiritus immũdi loca immũda diligũt. Vnde

dęmo

dęmoniacus ille qui habebat legionē in corpore, habitabat in monumentis, & dęmones illi rogabant Dñm Iesum, vt exeuntes immitterentur in porcos, non in boues vel agnos, quæ sunt mūda animalia, mundo vescentes cibo.

Contra edaces & comessationibus vacantes, multū valet exemplum diuitis epulonis, qui conquerebatur se pati in lingua specialē cruciatum. Luc. 16

CAPVT LXXXIX.

De Matrimonio.

QVod vxor debeat esse viro suo socia, & æqualis quoad multa, non domina vel ancilla, patet per hoc, quod Euam formauit dominus de costa Adæ, non de capite vel de pede. Itē patet, quod vir est caput vxoris, quia fuit ei quodammodo principium essendi: & facta est mulier de viro suo, non vir de muliere. Debet esse vir magister & doctor, vnde pręceptum à deo fuit datum Adæ, et per Adam Euæ. Gen. 2.

Quod vnus vir vnā tantū vxorē habere debeat, sic dñs dicēs, ait: Erūt duo in carne vna. Eodem

Ante diluuium solus Lamech duas vxores legitur habuisse. Gen. 4

In arca Noe tot viros q̄t fœminas iussit Dñs reseruari, vt videlicet esset vnica vnici. Gen. 7

Ægyptij tempore Abrahæ plus abominari videbantur adulterium quàm homicidium, vnde timebat Abraham ne eum occiderent, et postmodum Sarai vxorem suā Pharaoni offerrent, quasi nollet eam cognoscere, quandiu crederetur maritum habere. Gen. 12

Sara vxor Abrahæ obediebat marito, & dominum eum vocabat. Gen. 14

Itèm etiam Abraham illius votis condęscendebat interdum. Gen. 21

Gen.20 Propter Sarai vxorem Abraham, flagellauit Dominus Pharaonem plagis maximis.

Abimelech dominus per somnium minando exterruit.

Gen.24 Consensus exigitur ad matrimoniū. Vocem⁹ puellam, & quęramus ipsius voluntatem.

Leui.24. Ille blasphemus qui fuit lapidatus in deserto, fuit filius mulieris Israelitidis de viro Ægyptio generatus. Per quod haberi potest, quod nō expedit de diuersis ritibus matrimonia copulare, quia liberi inde nati, male imbuuntur.

Iudic.14 Secretū quod Samson parētib⁹ suis dicere noluit: Vxor eius extorsit ab eo in damnum ipsius.

1.Re.1 Dixit Helcana ad Annam: Nunquid ego melior sum tibi, q̄ decem filij?

1.Esd.10 Nabal durus & pessimus & stultus habuit vxorem Abigail, quæ erat prudentissima, & speciosissima.

Neem.3 Quāuis haberet Dauid multas vxores, tamē adulterium cum Bathsaba commisit.

Tob.3. Ioram rex Iuda, fecit malū coram Domino, et ambulauit in vijs Achab: Et subditur caussa huius. Filia enim Achab erat vxor eius.

Tob.6 Filij trāsmigrationis, qui duxerūt vxores alienigenas, secundū mandatū Esdræ, dimiserunt eas

2.Esd.13 Videns Neemias Iudæos ducētes vxores alienigenas, obiurgauit eos & maledixit, & verberauit aliquos, & decaluauit.

Sara filia Raguelis dicebat in oratione sua: Virum autem domine in timore tuo, non cum libidine mea consensi suscipere.

Dixit angelus Tobiæ, In eos qui coniugiū ita suscipiunt, vt deum à se & à sua mente excludant, & suę libidini ita vacēt sicut equus & mulus, habet potestatem dæmonium.

Prima

Prima nocte, quando introductus est Tobias iunior cum vxore, hortatus est virginem, dicens ei: Sara surge, & deprecemur dominum hodie, et cras, & secundo cras, quia istis tribus noctibus Deo iungimur. Tertia autem nocte transacta, in nostro erimus coniugio.

Honestã caussam ducendi vxorẽ exposuit angelus Tobię: Accipies virginẽ cũ timore dñi, et amore filiorum magis, q̃ libidine ductus.

Parẽtes Saræ monuerũt eã, honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, et seipsam irreprehensibilem exhibere. Tob. 10

Mulieres translatæ de terra Iuda in Ægyptũ, quæ sacrificabant reginæ cœli, excusabant se per viros suos, qui similia faciebant. Hier. 44

Pro seruanda fide matrimonij Susanna exposuit se morti, et infamiæ, nisi ei per Danielem iustus dominus prouidisset. Dan. 13

Saluator noster conuiuio nuptiarum non dedignatus est interesse. Iosue. 2

Ioannes Baptista fuit decollatus, quia Herodem de adulterio arguebat. Mat. 14

Quærentibus Pharisæis: Si liceret homini dimittere vxorem quacunque de caussa, Dixit Dñs. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Mat. 19

Itẽ ad illos, qui ad cœnã magnã vocati fuerũt et non iuerunt, ille qui vxorẽ duxit, nõ rogauit, se excusatum haberi. Quia status ille hominẽ vehementer allicit, et sæpe retrahit à diuinis. Luc. 14

Quantum ad actum coniugalem, ad paria, vel similia iudicat Apostolus virum et vxorem, Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem, et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Ioan. 7

Ananias vxore sua conscia Saphyra, fraudem Act. 5

fecit de pretio agri venditi, sed ambo grauissime sunt puniti.

CAPVT XC.

De castitate.

Gen.4

QVādiu primi parētes in Paradyso fuerūt, virgines extiterūt, sed ipsis eiectis dicitur Adam cognouisse Euam vxorem suam.

Gen.34

Cū Sichem violasset Dinā filiā Iacob fratres eius irati sunt valde, eo ꝙ fœdā rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitā perpetrasset. Tandem & violatorem & patrem eius, & eorum populum occiderunt.

Virginitatis cōmēdatio

Nota quod hoc fuit ante legē scriptā sub lege naturæ, quantum ergo sub lege gratiæ virginitas honorari debet: & stuprum puniri?

Gen.39

Quāuis Ioseph esset seruus emptitius & elegātis formę iuuenis, sine vxore. Tn̄ solicitatus à Domina sua recusauit stuprū, & maluit offendere eā, & in carcerem trudi, q̄ perdere castitatem.

Iudas qui castus non erat, detestatus est fornicationem Thamar.

Gen.38

Post debellationē Madianitarū factā per Phinees & alios pugnatores, iussit Moyses mulieres corruptas iugulari, & virgines reseruari.

Num.31

1.Re.21

Mundi esse debebant, maxime à mulieribus, qui panes sacerdotales comedebant.

4.Re.4

Quando mulier Sunamitis hospita Elisęi, volebat ei loqui, mittebat ad eam Elisęus puerū suum, quasi vitans colloquia mulierum.

Tob.3

Sara in oratione dicebat. Tu scis, Domine, qa nunq̄ concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

Iudith.8

Mortuo viro suo Iudith aliū nesciuit, & semper castitatem amauit. Sed nota quid faciebat, qa cum puellis suis clausa manebat, vel morabatur,

& habens cilicium super lumbos suos, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata & Neomenias & festa domus Israel.

Susanna grauiter pulsata fuit ab illis senibus, sed suæ castitati, nec famam, nec vitam præponendam esse putauit. Dan.13

Ad hæc nullus de sola castitate confidat, Secũdum id, quod de virginibus euangelicis fuerunt, tot fuerunt fatuæ, quot prudentes. Mat.25

Beata virgo ab angelo venerabiliter salutata non est oblita voti et propositę castitatis, licet angelus promitteret ei quod ex ea filius altissimi nasceretur. Luc.1

Per hoc quod Saluator dixit, Quia in illo sæculo neq; nubent, neq; nubentur, quia virgines illi vitæ beatæ, specialiter appropinquant. Mat.22 Luc.20

Castitatis argumentum fuit in beato Stephano, quia ipse ab Apostolis fuit deputatus ad ministerium vel custodiam mulierum.

CAPVT XCI.

De Luxuria, & incontinentia.

PEccatũ carnis p̄cipua videt̄ fuisse caussã, ꝓpter quã dn̄s diluuio deleuerit mundũ, dicitur enim: Omnis caro corruperat viã suam. Gen.6

Nota, quot & quanta mala euenerint pro ardenti amore Sychem filij Emor, qui violenter Dynam oppressit. Gen.34

Luxuriosi quandocunq; luxuriantur in alijs detestantur. Vt patet de Iuda, qui dixit de Thamar. Producite eam, vt comburatur. Gen.38

Occasione vxoris Leuitæ à viris Belial in Gabaa Beniamin, incredibili libidinis furore vexãte occisa sunt plusquam. 60 000. hominum. Iudic.20

Isboseth filius Saul redarguit Abner, qui ingressus fuerat ad concubinam patris sui. Abner 2.Re.3.4

autem

autem iratus super hoc, procurauit ei auferre terrã, & cito post, amisit vterq; vitam & patriam.

2.Re. 11 Dauid captus amore Bathsaba vxoris Vriæ, cum illa adulterium cõmisit, & cum proditione homicidium perpetrauit.

Iudith.12 Stetit Iudith ante faciem Holofernis, concussum erat cor, ardens ipsius in concupiscentia.

Tob. 6 Dixit angelus Tobiæ iuniori: In eos, qui cõiugium ita suscipiunt, vt Deũ à se & à mente sua excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, habet potestatem dæmonium. Quid ergo est de fornicatoribus, qui nihil aliud intendũt, nisi fœdam suam explere libidinem?

Dan. 13 Duo senes presbyteri ita fuerũt amore Susannę decepti, q̃ quãdo illa voluntatẽ eorum facere recusauit, mortẽ illius procurare conati sunt.

2.Ma.6 Tempore Antiochi Templum luxuria & comessationibus gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisq; ædibus mulieres vltro se ingerebant &c.

Mat.14 Mar.6 Occasione Herodiadis, quam contra legem duxerat Herodes, Ioannes Baptista decollatus fuit, ad instantiam peccatricis mulieris.

Mat.8 Spiritus immundi loca immunda diligunt, vnde rogauerunt dominum Iesum vt permitteret eos intrare in porcos, non in boues vel agnos q̃ sunt animalia munda.

Luc.14 Inter illos qui vocati sunt ad magnã cœnã nec iuerunt, ille qui vxorem duxit, nõ petijt se excusatũ haberi. Per quod patere potest, q̃ longe sunt à cœna domini luxuriosi homines & immundi, si ducere vxorem, ita hominem implicat & inuoluit, quod quasi nihil aliud cogitare sinit.

Luc.15 Exemplo filij prodigi, qui dissipauit substantiam suã, viuendo luxuriose, patet: Quod id peccatum

catum depauperat. Vnde dicitur: Cœpit egere. Item vilificat naturam, Sequitur: Quod ipse pasce bat porcos. &c.

Itē non extinguit ardorē libidinis, sed accendit, dicitur enim ibi. Cupiebat implere ventrē suum de siliquis, quos porci manducabant &c.

CAPVT XCII.

De incauto aspectu.

PRima mulier viso ligni vetiti fructu pulchro, tulit de illo, & comedit. Gen.3

Pulchritudo visa mulierum, fuit occasio multorum malorum, videntes filij, filias hominum quod essent pulchræ &c. Gen.6.

Ex eo quod Cham filius Noë vidit verenda patris, & ipsum nudatum esse, fratribus nunciauit, maledictionem patris incurrit. Gen.9

Abraham dixit vxori suæ Sarai: Noui quod pulchra sis mulier, & cum viderint te Ægyptij interficient me, & te reseruabunt. Gen.12

Volens videre regionis mulieres Dyna, ipsa visa & corrupta fuit. Gen.34

Iudas vidit Thamar in biuio, & cum ea peccauit. Gen.38

Domina, cui seruiebat Ioseph, oculos in eum iniecit. Gen.39

Dixit dominus ad Moysen: Contestare populum, ne forte velint transcendere terminos ad videndum dominum &c. Exo.19

Vidit Dauid de solario suo mulierem lauantē se ex aduerso, & tulit eam, et post virum illius dolose fecit occidi. 2.Re.11

Cū intrasset Iudith ante faciē Holofernis statim captus est ille in oculis suis. Vnde dicitur eiusdē cap.16. Sandalia eius rapuerūt oculos eius, pulchritudo eius, captiuam fecit animam eius. Iudith.10

Videbāt

Dan.13 Videbant duo senes Susannã quotidie ingredientem & deambulantem, exarserunt in concupiscentiam eius.

Mat.14 Mar.6. Quia filia Herodiadis saltãdo placuit Herodi, ipse ei stulte promisit, quod crudeliter impleuit.

CAPVT XCIIII.

De Silentio & loquacitate.

Gen.2. PRæceptũ dedit dñs Adę, nõ Euæ vt mulier haberet minorẽ occasionem loquendi, sed potius interrogandi à viro & discendi.

Eodem Eua prius legitur cum serpente, q̃ cum viro habuisse colloquium, quod sibi & posteris damnosum fuit. Ibidem nota q̃ male repetijt mãdatum domini, homini datum.

Gen.9. Cham filius Noë, cum vidisset verenda patris nunciauit fratribus suis, & inde maledictionem incurrit.

Exod.3 Postquam loquutus est dominus ad Moysen impeditioris & tardioris linguæ fuit: Ex quo innuit, quod spirituales viri, qui sæpe cum Deo loquuntur tardi esse debent ad loquendum.

Iosu.15 Axa filia Caleb sedens in asino, & suspirans, cum suasa esset à viro suo, monuit patrẽ, ad quærendum quid haberet, & post impetrauit à patre irriguum superius & inferius.

Iudic.14 Samson secretum, quod parentibus dicere noluit, vxori exposuit: quæ statim illud in damnum mariti publicauit.

Iudic.16 Idem indicauit Dalidæ, quomodo posset amittere fortitudinem suam, illaq; sine mora hostib⁹ reuelauit.

1.Re.1 Anna mater Samuelis, veniẽs ad tabernaculũ dñi loquebatur in corde suo, tantumq; labia sua mouebantur, & vox penitus non audiebatur.

1.Re.3 Samuel dormiens in tabernaculo, ostensam sibi vi-

bi visionem non indicauit Eli, donec interrogatus & adiuratus fuit ab illo.

Cũ filĳ Belial dicerẽt de Saule nouo rege. Nũ saluare nos poterit iste? Ille dissimulabat se audire Ex quo intelligitur, quod caute tacebat. 1. Re. 10

Cum Dauid contra Nabal turbatus, postmodum per Abigail prudenter loquutam, placatus fuisset: illa non indicauit ipsi Nabal viro suo pusillum, aut grande vsq; mane, cum vinum quod biberat digessisset. 1. Re. 25

Tobias auditis verbis iniuriosis ab vxore non legitur ei respondisse, sed ingemuit, & cœpit plorare cum lachrymis Tob. 2. 3

Cum ancilla Saræ Dominæ dixisset grauis improperĳ & maledictionis verbum, Sara tacẽs cessit liti, & pergens in cubiculum domus suæ deuote cœpit orare. Tob. 3

Diu tacuit Esther, non iudicans populum suũ & patriam, sicut ei præceperat Mardochæus, ne scilicet, à rege haberetur exosa. Esth. 2. 3

Beato Hiob à Deo percusso, vxor eius stultè loquuta est. Hiob. 2

Sanctus Hiob magis videtur seipsum reprehendere de actu loquendi, quàm de alio quocunq;, vnde dicit: Qui leuiter loquutus sum, respondere non possum: vnum loquutus sum, quod vtinam non dixissem. Et cap. 42. Quia insipienter loquutus sum, & quæ vltra modum excederẽt scientiam meam &c. Hiob. 29

Cũ Rasin rex Syriæ, & Phacee rex Israel, proposuissent præliari contra Iudam. Dixit Esaias ꝓpheta Acham regi Iuda: Vade, & noli timere, & cor tuum ne formidet &c. Esaiæ. 7

Mandauit Hezechias rex Iuda, ne populus aliquid respõderet Rapsaci, Et siluerunt, & non responde- Esa. 36

re ſponderunt ei verbum.

Hier. 1 Hieremias in vtero ſanctificatus, & à domino propheta datus, excuſabat ſe dicens: Ah, ah, domine deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.

Dani. 13 Adducta Suſanna ne iniqui ſenes presbyteri ferrent cõtra eã falſum teſtimonium, flens ſuſpexit ad cœlum, & clamauit ad dominum, ſed accuſatoribus directe non legitur reſpondiſſe.

2. Ma. 12 Iudæi agriculturæ operam dabant, ſed Nicanor & quidam alij, nõ ſinebant eos in ſilẽtio agere & quiete.

Luc. 1, 2 Beata Maria virgo legitur in Euãgelio tantũmodo loquuta fuiſſe angelo. Item cum filio ſuo. Quid feciſti nobis ſic? Et apud Ioannem. Vinum non habent.

Ioan. 2 Et quãdo miniſtros nuptiarũ inſtruxerat. Quęcũq; dixerit vobis &c. Licet aũt Helizabeth magnifice eã cõmendaſſet: nihil tamen ei reſpondit, ſed ad laudandũ dominum ſe conuertit.

Luc. 7 Maria peccatrix veniens ad pedes domini in domo Symonis nihil dixiſſe refertur, ſed lachrymis cœpit rigare pedes eius.

Luc. 10 Similiter ſorori, de ipſa conquerenti nihil reſpondit. Rurſus etiam diſcipulis indigne ferentibus effuſionem vnguenti, & in eam fremẽtibus nihil dixit. Quoniam autem tacuit, Dominus ꝑ ea reſpondit, & eam vbiq; defendit.

Mar. 14 Mulier in adulterio deprehenſa coram domino accuſata, nõ legitur aliquid loquuta fuiſſe: Dominus autem pro ea verbum aſſumpſit, & eam deniq; miſericorditer abſoluit.

Act. 13 Loquuturus in ſynagoga Paulus, ſurrexit, & manu ſilentium indixit. Sciebat enim non eſſe effundendum ſermonem, vbi nõ eſt auditus, quod ſæpius in ſcriptura probatur.

Filiј Iſrael fugientes de Aegypto, viderũt exercitum Pharaonis, & timuerunt valde, quibus ait Moyſes: Dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis. Exo.34

CAPVT XCIIII.

De affectu carnali.

MOyſes diſtribuit Leuitis.12. boues, et ſex plauſtra, quos obtulerant principes filiorum Iſrael, ſed nullũ dedit filiјs Caath, licet eſſent ei magis propinqui. Num.7

Non legitur Moyſes alicui de filiјs ſuis magnum dediſſe officium, licet ipſe à populo in tanta reuerentia haberetur.

Moriturus Moyſes, ſolicite rogauit Dominũ, vt populo de duce idoneo prouideret. Nullũ tamen de generatione ſua nominare voluit. Num.27

Diſtribuens Ioſue terram filiјs Iſrael, ita paruã portionem dedit illis de tribu ſua, & de hoc ſpecialem querelam fecerunt. Sed nota reſponſionem quam fecit eis. Ioſue.17

Audiens Eli mortem filiorum ſuorum in prȩlio, non viſus eſt multum curare, ſed cum nuncius ille dixiſſet arcam dei eſſe captam, cecidit de ſella, & mortuus eſt. 1.Re.4

Quia Dauid nimis flebat occiſum filium ſuũ Abſalom, impoſuit ei Ioab, quod non doluiſſet, ſi totum amiſiſſet exercitum. 2.Re.19

Supra modũ mater mirabilis & bonorũ memoria digna, quȩ pereuntes ſeptẽ filios ſub vnius diei tẽpore conſpiciens, bono animo ferebat. 2.Ma.7

Euntibus ad prȩliũ Iudæis contra Nicanorem pro vxoribus & filiјs, itẽq; fratribus & cognatis minor ſolicitudo, maximus autẽ & primus ꝓ ſanctitate timor erat templi. 2.Ma.15

Loquẽte Ieſu ad turbas, dixit ei q̃dã. Ecce ma Mat.12

ter tua,& fratres tui foris stant quærentes te,qui respondit:Quę est mater mea,& qui sunt fratres mei?quicūq; fecerit voluntatē patris mei &c.

Mat.20 Petenti matertera Christi secundum carnem, vt duo filij sui sederent iuxta eum in regno suo,respondit ipse dominus ita durè,ac si fuisset aliena omnino:& ita bonum forum de regno suo paratus est facere tibi:sicut illis.

Ioan.21 Quāuis beatus Ioannes & duo Iacobi essent maximę sanctitatis,nulli tn̄ eorū cōmisit generalē ecclesię curā,sed Petrū,qui nō sibi carne attinebat,cōstituit caput,principem & pastorem.

Mat.16 Saluator noster approbās Petri professionem quā fecit de ipso,cum dixit:Tu es Christus filius dei viui,cōsequenter subiunxit:Caro & sanguis non reuelauit tibi. Per hoc innuens,quod caro prauas reuelationes facere consueuit.

Gala.1 Apostolus Paulus cōmendās suū Euangelium dicit:Complacuit ei,qui me segregauit ex vtero matris meæ,& vocauit per gratiā suam &c.Cōtinuo non contuli cum carne & sanguine.

CAPVT XCV.

De ira hominis per zelum.

Exo.11. CVm loqueretē Moyses Pharaoni,& ille nollet audire,exiuit à Pharaone iratus nimis.

Exo.16 Præcepit Moyses filijs Israel, vt nullus de manna relinqueret vsq; mane.Qui non audierunt eum,sed dimiserūt quidam ex eis vsq; mane,& scatere cœpit vermibus & cōputruit: & iratus est Moyses contra eos.

Exo.32 Reuertēs Moyses,cū appropinquasset ad castra,vidit vitulū & choros,iratus proiecit de manibus tabulas,& cōfregit eas ad radices mōtis.

Leui.10 Cū quęreret Moyses hircū,qui oblatus fuerat pro peccato,exustū repperit,iratusq; cōtra Elea-

zar

zar & Ithamar ait. Cur nõ comedistis? &c.

Videns Moyses rebellionem Chore & complicum suorum, iratus valde ait ad dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Num. 16

Considerans Ionathas filius Saul, nequitiam patris sui contra Dauid, surrexit à mensa in ira furoris sui, & non comedit panem illa die. 1. Re. 20

Audita Dauid parabola Nathan prophetę iratus indignatione aduersus hominẽ, dixit. Viuit dominus, quia filius est mortis, qui fecit hoc 2. Re. 12

Elisæus iratus fuit contra Ioas regem Israel, eo, quod non percussisset terram sagitta quinquies aut sexies, vt totam destruxisset Syriam. 4. Re. 13

Audiẽs Neẽmias clamorẽ populi, ꝓpter vsuras, quas exigebant optimates, iratus est nimis. Neẽm. 5

Audita quęrimonia, quã dixit Esther de Amã, qui omnes Iudæos procurabat occidi, rex Ahasuerus surrexit iratus de loco communi. Esther. 5

Circumspexit dominus cum ira Iudæos, qui obseruabant eum, & contristatus est super cæcitate cordis eorum.

CAPVT XCVI.

De ira hominis per vitium.

Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, Iratusq́ꝫ est Cain vehementer, & cõcidit vultus eius. Gen. 4

Iratus Balaac contra Balaam complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtra benedixisti. Num. 24

Audiens Saul post victoriam commẽdari Dauid, iratus est nimis, & displicuit in oculis eius sermo & cæ. 1. Re. 18

Cum excusasset Ionathas Dauid apud patrem suũ Saul, iratus aduersus Ionatham dixit: Fili mulieris vltro virũ rapientis, Nunquid ignoro, quia 1. Re. 20

filium Isai diligis in confusionem tuam? &c.

3.Re.21 Venit Achab rex Israel in domũ suam, indignans & frendens super verbum quod loquutus fuerat ad eum Naboth Israelites.

4.Re.5 Post facile & salubre consiliũ Eliſęi, iratus Naaman recedebat, dicens: Putabã quod egrederetur ad me, & inuocaret nomen dei sui &c.

2.Pa.16 Hanani propheta venit ad Asa, increpauit eũ, q̃a cõfisus erat in Benadab rege Syrię: iratusq; Asa aduersus vidẽtẽ, iussit eũ mitti in neruum.

2.Pa.25 Separauit Amazias exercitũ qui venerat ad eũ ex Ephraim: pro eo, scilicet, quòd secum venirent ad bellum. At illi vehementer irati contra Iudam, reuersi sunt in regionem suam.

2.Par.31 Sacerdotes arguebant Oziam regem Iuda, volentem adolere incensum, iratusq; Ozias & tenens thuribulum minabatur illis.

Neëm.4 Cum audisset Sanaballat, quod ædificaretur murus Hierusalem, iratus est valde, & motus nimis subsannauit Iudæos.

Tob.1 Cũ reuersus esset Sẽnacherib, fugiẽs â Iudæa plagã, quã cõtra eũ fecerat deus, propter blasphemiam suam, iratus multos occidit Iudæos.

Tob.2 Tobias dicente de hœdo balante. Videte ne furtiuus sit &c. Vxor eius irata respondit: Manifeste vana facta est spes tua.

Iudith.5 Nunciatum est Holoferni, quod filij Israel prępararent se ad resistendum ei, furore nimis exarsit in iracundiam magnam.

Eodem Cum dixisset Achior magnam esse potentiam dei Israel, irati sunt magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum.

Esth.3 Cum audisset Aman & experimento probasset, quôd Mardochæus non sibi flecteret genua, nec se adorauit, iratus est valde &c.

Iratus

Iratus indignatusq; est Eliu Buxites aduersus Hiob, eo quod iustũ se esse diceret corã Domino. Hiob.32

Principes Iuda putantes quod Hieremias fugeret ad Chaldæos, irati sunt contra eum, & cæsum miserunt in carcerem. Hier.37

Nabuchodonosor rex Chaldęorum, in ira magna sua præcepit, vt perirent omnes sapiẽtes Babyloniæ, pro eo (scilicet) quod somnium suum ei non poterant indicare. Dani.2

Idẽ etiam postea in furore & ira præcepit, vt tres viri adducerentur in conspectu eius &c. Dani.3

Arguit dominus Ionam, quia irascebatur sup hederam. Ionę.4

Audiens Antiochus prælia Iudæ, & victoriã quam obtinuerat, iratus est animo, & congregauit exercitum. 1.Mac.3

Tortores Eleazari audientes verba constantiæ ipsius, in iram versi sunt, qui paulo ante fuerant mitiores. 1.Mac.6

Post septimi fratris verba, rex Antiochus accensus ira in illum, super omnes desæuit. 2.Mac.7

Videns Antiochus, quod non poterat spoliare Pentapolim ciuitatem, elatus in iram, arbitrabatur se iniuriam illorum, qui fugauerant, posse in Iudæos retorquere. 2.Mac.9

Factum est, vt audirent gentes quod ædificatum est altare in sanctuariũ, sicut prius, iratæ sunt valde &c. 1.Mac.5

Herodes vidẽs quod illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros &c. Mat.2

Cũ audissent illi de Nazareth dominũ dicentẽ Nemo propheta acceptus est in patria sua &cæ. Sequitur. Repleti sunt omnes in synagoga ira. Luc.4

Demetrius quidam argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, conuocatis opificibus illius ar- Act.19

 tis,

tis, dixit: Quia Paulus auertebat multam turbam dicens: Quoniam non sunt dij, qui manibus fiunt &c. His auditis, repleti sunt ira.

CAPVT XCVII.

De humilitate.

Gen.16 DIxit angelus ad Agar: Reuertere ad dominā tuā, & humiliare sub manu ipsius.

Gen.18 Humiliter loquebatur Abraham Domino, dicens: Loquar ad dominum meum, cum sum puluis & cinis.

Gen. 33 Multum humiliauit se Iacob coram Esau, & sic compescuit iram eius.

Exo. 3 Quinquies excusauit se Moyses, antequā vellet accipere ducatum populi, quem tamen dominus imponebat ei, nec acquieuit, donec dominum intellexisset iratum. Vnde textus. Iratus est Dominus in Moysen &c.

Exo. 18 Moyses vtile consilium pagani hominis non despexit, sed ei humiliter acquieuit.

Num. 10 Moyses videbat se habere ducatum Domini specialem, & tamen non dedignabatur rogare Obab filium Raguelis, vt secum veniret, & ductor populi esset.

Iudic. 5 Gedeon angelo dicente sibi: Vade, in hac fortitudine tua liberabis. Israel respondit: Ecce familia mea infima est in Manasse, & ego primus in domo patris mei.

Iudic. 8 Viri Ephraim iurgantes fortiter & tumidi cōtra Gedeonem, sedati fuerunt per eius mansuetam & humilem responsionem.

Eodem Dixerunt omnes filij Israel ad Gedeonem: Dominare nostri tu, & filius tuus. Quibus ille ait: Non dominabitur in vos filius meus &c.

1. Re. 9 Humilitatem protendebat Saul in opere & sermone, antequam vnctus esset in regem, quando

do quærebat asinas patris, & excusabat se apud Samuelem. Et postea dictum est ei cap. 15. eiusdẽ. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es &c.

Dauid, licet per Samuelem esset vnctus in regem, tamen de mandato patris portabat victualia fratribus, quibus prælectus fuerat. 1. Re. 17

Dauid humiliauit se coram Saule, quando debebat fieri gener regis. Eodem

Item & coram seruo Semei, audiẽs quod malediceret ei. 2. Re. 16

Et coram deo, quando saltauit ante arcam. Et quando venit Nathan ad eum, nuncians ei volũtatem domini de perpetuitate regni. 2. Re. 7

Humiliter respondit Mephiboseth inique accusatus à seruo suo, & exhæredatus iniuste. 2. Re. 19

Achab rex sceleratissimus Israel, audiens pœnam sibi pro criminibus infligendam, humiliatus est coram domino: propter hoc dominus illã pœnam aliqualiter minorauit. 3. Re. 21

Princeps ille, qui humiliter loquutus est ad Heliam, non fuit tactus ab igne, sicut alij duo quinquagenarij, qui venerant ante illum. 4. Re. 1

Veniens ad Iordanẽ Elisęus, primo percussit aquas nihil dicẽs, & nõ sunt diuisę aquę. Deinde inuocauit nomẽ magistri sui, & diuisę sunt aquę. 4. Re. 2

Semeias propheta, dixit ad Roboã & principes eius: Hęc dicit dominus. Vos relinquitis me, & ego relinquã vos. Qui cõsternati dixerũt: Iustus est dominus. Cũq; vidisset dñs, quod humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiã dicẽs: Quia humiliati sunt, nõ disperdam eos. 2. Pa. 12

Humiliatus est Hezechias, postq̃ eleuatũ fuerat cor eius in aduentu nunciorũ Babylonis, & iccirco non venit ira domini in diebus illis. 2. Par. 32

Iudith.8 Audientes filij Israel terribilē potentiam Holo fernis, clamauerunt ad dominum cum instantia magna, & humiliauerunt animas suas.

Esth.14 Esther regina confugit ad dominum, & corpus suum humiliauit ieiunijs, oransq; inter cætera dixit: Tu scis domine, quod abominor signū superbiæ &c.

Hiere.1 Cum diceret dominus Hieremiam esse prophetam, ille humiliter se excusauit, & ait. Ah, ah domine deus ecce nescio loqui &c.

Dan. 4 Nabuchodonosor ambulans in aula Babylonis, arroganter loquutus est. Deinde, eiectus ab hominibus, & in bestiam mutatus, recuperauit sensum & recognouit, quod omnes habitatores terræ apud deum in nihilum redacti sunt.

2.Ma.9 Cum percussus esset Antiochus à deo insanabili plaga, ita, vt nec ipse fœtorē suum ferre posset ait: Iustum est subditū esse deo, & mortalem non paria deo sentire.

Mat.2 Ioseph humiliter se reputans non esse dignum consortio beatę Marię, quā recepisse videbat, nō humano opere, sed diuino munere hoc factū esse credebat, voluit occulte dimittere eam.

Eodem In diebus illis, Magis apparet mira fuisse humilitas, quando inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum.

Luc.3 Mat.3 Ioan.1 Dum tantæ esset reputationis Ioannes Baptista, vt populus crederet ipsum esse Christum dixit: Veniet fortior me post me, cui non sum dignus soluere calciamenti corrigia.

Mat.3.4 Non erubuit Christus, Dei virtus & sapiētia, ab eodem themate prædicationem suam incipere à quo suam incœperat Ioannes Baptista Pœnitentiam agite &c.

Luc. 2 Beata virgo Maria ab angelo tam venerabiliter

tet

ter salutata, & mater filij altissimi appellata, non superbijt inde, nec se vocauit matrem dei, aut dominam, sed ancillam.

Item non misit pro Elizabeth cognata sua, sed humiliter iuit ad illam. Luc. 1

Cũ Elizabeth spiritu sancto repleta cognouisset quod factũ fuerat, tunc diuinã commendauit misericordiã & potentiã Maria, dicens: Magnificat anima mea dominum. Quia respexit humilitatem ancillæ suę &c. Eodem

Humiliter & fideliter respondit Centurio dicens Domino, volenti ire ad sanandum puerum suum &c. Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum. Mat. 8.

Videns Petrus ad præceptum Domini conclusisse multitudinem piscium copiosam, procidit ad genua eius, dicẽs: Exi à me, quia homo peccator sum domine. Luc. 5.

Saluator noster publicare miracula sua prohibebat, vt fugere doceret iactãtiæ, & vanitatis vitium, & daret verę humilitatis exemplum. Sicut patet in leproso mundato. Et in duobus cęcis ab eo illuminatis. Itẽ in surdo et muto sanato. Mat. 7 Et in sua transfiguratione dixit. Nemini dixeritis visionem. Matt. 8 Mat. 17

Cum dixisset Dominus mulieri Chananææ, Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Illa mulier dixit. Etiam domine, nã & catelli &c. Mat. 15

Quærentibus discipulis, quis esset maior in regno cœlorum. Respondit dñs: Quicunq; humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. Exemplũ vel parabolam humilis vrbanitatis induxit Dñs. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Mat. 18 Luc. 14

Luc.18 Ad fugiendã iactãtiã, & humilitatẽ sectãdam, multũ valet exemplũ, quod inducit dominus de superbo pharisęo & humili publicano.

Humilitas Ioannis Baptistę apparet multipliciter: quia, videlicet, de se humiliter sentiebat existimante populo quod forte ipse esset Christus. Ioan.1. Non sum ego Christus. Item humiliter loquebatur. Ioan.1. Ego vox clamantis in deserto. Negauit se esse Christum aut prophetam. Tum etiam humiliter induebatur pilis Camelorum. Humilem habitationem eligebat. Lucæ.1. Erat in deserto &c.

Luc.7.10 Humiliter Maria Magdalena & frequenter legitur secus pedes domini se posuisse &c.

Ioan.21 Quærẽti domino, an Petrus diligeret eũ plus alijs discipulis respondit humiliter, dicẽs: Tu scis domine, quia amo te plus alijs &c.

Præcipua humilitatis exempla accipere possumus & debemus in Saluatore nostro, cuius conuersationem in terris considerare possumus, quia ipse concipi voluit in patria despecta, videlicet, in Galilęa. De qua loquitur Ioan.5. Scrutate & videte, quia propheta à Galilæa non surrexit. Vnde admirando dixit Nathanael. A Nazareth potest esse aliquid boni?

Luc.1 Iterum de humili matre natus fuit, quæ dixit. Respexit humilitatem ancillę suę &c.

In domuncula parua et loco humillimo. Luc.2 Reclinauit eum in pręsepio &c.

Item quasi per annos.30. latuit in mundo, ita quod nihil legitur de eo, nisi cum esset annorũ.12. remansit in Hierusalem, & inuentus est in tẽplo audiens & interrogans & determinans. Contra pręsumptuosos, qui nimis festine ad officiũ docẽdi prorumpunt, Sequitur ibi Lucę.2. Descendit

cum

cum Maria & Ioseph, & erat subditus illis.

Exinde circa annum trigesimum ad Ioannem Baptistam venit, vt baptizaretur ab eo, non pro eo misit. Contra multos qui ad minores se pergere dedignantur. Mat. 3

Item humiles discipulos elegit, & cum eis humiliter conuersatus est. Et eos pręcipue de humilitate docuit. Discite à me, quia mitis sum et humilis corde, vnde & filiũ hominis se dicebat sępius q̃ filiũ dei, licet vtrũq; esset verum secundũ duas naturas in ipso: tamen ab inferiore frequentius se nominabat. Mat. 14

Conuersatus est cũ hominibus, interesse voluit pauperibus nuptijs, vbi vinũ defecit. Nõ autem interfuit splendidis & diuitibus nuptijs, in quibus fiunt frequenter enormes excessus. Ioan. 2

Cũ cognouisset quia venturi erãt, vt raperent eum, & facerent eum regẽ, fugit in montem. Ioan. 6

Didrachmã, quasi seruus, aut alienus exsoluit. Mat. 17

Idem non habebat vbi caput suum reclinaret. Lucæ. 9.

Et circumiens ciuitates & castella per pedes ibat, ita quod quando fatigatus ex itinere, sedebat super fontem, & à muliere Samaritana bibere postulabat. Ioan. 4

Quando vero venit Hierusalẽ, nobili vectura vti noluit, non equum, sed asellum habuit. Mat. 21

Transiturus ex hoc mundo ad patrem, relinquere voluit speciale humilitatis exemplũ, vt pedes discipulorum lauit, & linteo quo pręcinctus erat, extersit. Ioan. 13

Præcipue autẽ in passione nimis seipsum humiliauit, factus obediẽs vsq; ad mortẽ, non quãcunq;, sed crucis. Quę erat genus mortis turpissimum, vt in Euangelijs omnibus patet. Philip. 2

De quo

De quo notari potest, quod superbi & mundi amatores circa septem versari solent & appetere vel in adeptis specialiter gloriari, quibus constat in cruce dominum caruisse, & contraria habuisse Hæc autem dici possunt. Terrena affluentia, mundana sapientia, carnalis lætitia, popularis fama, turba famulorum, deiectio inimicorum, numerositas amicorum. Christus Iesus autem dominus noster in cruce fuit pauperrimus, quia vestimentis nudatus. Ioannis. 19. Fuit stultus & insipiens reputatus. Nam verbum crucis pereuntibus stultitia est. 1. Corinthiorum. 1. Item diffamatus fuit, & seductor populi appellatus. Vnde dixerunt de eo principes sacerdotum. Recordati sumus, quia seductor ille &c. In cruce insuper quodammodo fuit victus: quia occisus inclinato capite tradidit spiritum. Ibi etiam amicum nullum habuit. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Psalmo. 87. Elongasti à me amicum & proximum. Item famulis & seruitoribus in cruce caruit, vnde dicitur. Discipuli relicto eo omnes fugierunt. Psal. Factus sum sicut homo sine adiutorio & cætera.

Mat. 27

Act. 3. Post miraculũ, de claudo per Petrum sanato, humiliter loquutus est Petrus, non ascribens factum sibi, sed diuinę virtuti, & per inuocationem nominis Iesu Christi &c.

Act. 10. Cũ introisset Cęsareã Petrus, obuiam venit ei Cornelius, & procidẽs: Surge, & ego ipse homo sum, ait Petrus, eleuans Cornelium.

Act. 14 Audientes Paulus & Barnabas, quod homines de ciuitate Lystris dicebant eos esse deos, & eis sacrificare volebant: & concisis tunicis, exilierunt in turbas clamantes, & dixerunt eis: Viri, quid hoc facitis, & nos mortales sumus similes

vobis

vobis &c. Tandem vix sedauerunt turbas, ne sibi immolarent.

Paulus apostolus manibus operabatur, vt haberet necessaria sibi & socijs: propter quod etiã morabatur cum Aquila & Priscilla, qui erant artis scenofactoriæ, sicut & ipse. Act. 8.

Alibi dicit. Ad ea quę mihi opus erant, his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Act. 20.

Humiliter de se sentiebat Paulus, qui fratrum orationibus confidebat. Adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, ait. 1. Cor. 1

Orationes aliorum solicite postulauit. Vnde ait. Obsecro vos fratres per dñm nostrum Iesum Christum, & per charitatẽ spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibus. Rom. 15

I. ad Corin. 14. & Tessa. 3. Verbis etiã suis veram humilitatẽ interius indicabat. 1. Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus &c.

Et Iesus venit in hunc mũdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum &c. 1. Tim. 1

Item ad humilitatem alios solicite inducebat, ait enim: Non alta sapientes consentientes. Et ad Philippenses. 2. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes &c. Rom. 12.

CAPVT XCVIII.

De Superbia.

EVa propter appetitum excellentię cum audisset à serpente. Eritis sicut dij: de ligno vetito comedit. Gen. 3.

Datum est homini dominium ad comedendum super pisces, aues, & bestias. Gen. 1. Dominamini piscibus maris, & volatilibꝰ cœli &c. Item terror vester et tremor sit super cuncta animalia terræ,

Superbia

Gen.15 Superbia volentium ædificare turrim vsq; ad cœlū, dānata fuit per confusionem linguarum.

Gen.16 Agar ancilla Sarai concepisse se videns, dominam suam despexit.

Contra gloriātes de primogenitura, qđ Cain fuit natus ante Abel, Esau ante Iacob. Genesis.25. & Iudas fuit.4.genitus inter filios Israel. Gen.29 & Manasses filius Ioseph natus fuit ante Ephraim. Qui tamen habuit benedictionem dexteræ. Gene.48 Et Dauid fuit minimus inter fratres suos. 1.Reg.16. Et Adonias natus fuit ante Salomonem.2.Reg.3. & sic de multis aliis.

Exo.5 Nimis superbe respondit Pharao, quando dixit: Nescio Dominum, & Israel non dimittam.

Num.16 Rebellio Chore & aliorum facta cōtra Moysen, ex superbia processit. Nam dixit illis Moyses Multum erigimini filij Leui.

Iudic.9 Percussus Abimelech à muliere, vocauit armigerum suū, & ait ei. Percute me, ne dicatur, quia à fœmina interfectus sum.

1.Re.15 Saul Petijt à Samuele, vt eum coram senioribus populi honoraret.

2.Re.24. Grauiter fuit punitū elationis peccatū, quādo Dauid fecit numerari populū sibi subiectum.

3.Re.12 Libido quam habuit Hieroboam dominādi, timens ne populus reuerteretur ad domum Dauid, fecit eum excogitare vitulos aureos, quos fecit à populo adorari, et maluit eos recedere à deo suo, q̄ à domino suo.

Iudith.1 Post victoriā obtentā de Arphaxat rege Iudeorū, exaltatū est regnum regis Nabuchodonosor Assyriorum, & cor eius eleuatum est.

Iudith.2 Præceperat Nabuchodonosor Holoferni, vt omnes deos terrę exterminaret, vt ipse solus deus diceretur ab his regionib⁹, quæ potuissent Holofernis

lofernis poteſtati ſubiugari.

Videns ſuperbus Aman, quod Mardochæus ipſum adorare nolebat, ſuaſit regi, vt totus Iudęorum populus deleretur. Eſth. 3

Aman ſuperbiſſimus volebat coram ſe genu flecti, & ab hominibus adorari. Sed notabile eſt. Quod illa ſuperbia tot mala in ſeipſa cauſſauit, vt iratus & indignans exiſteret, & omnia alia quæ habebat, quaſi nihil reputaret. Eodem

Signa ſuperbię deteſtatur dñs per Eſaiã, dicẽs Pro eo ꝙ eleuatæ ſunt ſuperbè filiæ Sion, & ambulauerunt collo extenſo &c. Eſa. 3

De Nabuchodonoſor intelligitur, ad literã illud Eſaiæ: Conſcendam in cœlũ dicebat &c. Ero ſimilis altiſſimo. Eſa. 14

De Moab dicitur: Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperbus eſt valde, ſuperbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, pluſquam fortitudo eius Eſa. 16

Quoniam eleuatum fuit cor Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſpiritus illius obturatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio ſuo & gloria eius ablata eſt. Dan. 5

Balthaſar filius Nabuchodonoſor rex Babylonis non humiliauit cor ſuum, ſed aduerſus dominatorem cœli eleuatus eſt: & ideo interfectus eſt, & Darius Medus ſucceſſit in regno. Eodem

Antiochus aſcendit Hieroſolymam in multitudine graui, & intrauit ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altarę aureum &c. 1. Mac. 1

Dixerunt illi, quos dimiſit Iudas Machabęus ad cuſtodiã terræ, dum iret ad prœliũ: Faciamus nomen, & eamus pugnare contra gentes &c. 1. Mac. 5

Alchinus qui volebat fieri ſummus ſacerdos, & quidã alıȷ iniqui, iuerunt ad regẽ Demetrium, & accuſauerunt Iudam & populum Iudęorum. 1. Mac. 7.

Cum

Eodem — Cum audiſſet Nicanor holocauſta, quæ offere bantur à Iudæis pro rege, irridens ſpreuit & lo quutus eſt ſuperbe.

2. Mac. 5 — Antiochus æſtimabat ſe præ ſuperbia terram ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendũ de ducturum, propter mentis elationem.

2. Mac. 8 — Nicanor veniens ad pugnandum contra Iu dam & ſocios eius, ita credebat eſſe ſecurus de vi ctoria, quod vendebat Iudæos antequam in cam po videret eos.

2. Mac. 9 — Fugatus turpiter Antiochus de Perſide, ſuper be loquutus eſt ſe venturum Hieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudęorum eam facturũ: ſed Deus percuſſit eum inſanabili plaga.

2. Mac. 15 — Nicanor Iudęis dicentibus. Eſt dñs potens in cœlo, qui iuſſit agi diem ſeptimũ. Et ego, inquit, potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, et negotia regis impleri. Sequitur. Et in ſumma ſuperbia erectus, cogitauerat commune trophęũ ſtatuere de Iuda.

Luc. 10 — Cum dixiſſent diſcipuli. Domine etiam dęmo nia ſubijciuntur nobis in nomine tuo, compeſcuit eos dominus dicẽs. Videbam Sathanam ſicut ful gor cadentem de cœlo &c. In hoc tamen nolite gaudere.

Luc. 18 — Superbia Phariſęi, qui ſe iactabat, & proximũ condemnabat, damnatur.

Act. 12. — Statuto die Herodes veſtitus veſte regali, ſe dit pro tribunali, & concionabatur ad populum. Populus autem acclamabat: Dei voces, & nõ ho minis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quod non dediſſet gloriam & hono rem Deo, conſumptus à vermibus expirauit.

CAPVT XCIX.

De Iactantia.

GAal filius Obed, dicebat socijs. Quis est Abimelech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? Vtinam daret aliquis populũ istũ sub manu mea, vt auferem &c. Iudic.9

Samson leonẽ manibus inermis lacerauit, nec tamen tantam probitatẽ indicare voluit. Iudic.14

Goliath Philistęus exprobrauit exercitui Israel, vt aliquis veniret cũ eo ad singulare certamen 1.Re.17

Adonias filius Hagith eleuabaẽ dicens: Ego regnabo: Sed parum durauit regnum eius. 3.Re.1

Benadab rex Syriæ misit nuncios regi Israel, & ait: Hoc faciant mihi dij, & hoc addant, si suffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me: Sed pulchre responsum est ei, ne glorietur accinctus, æque vt discinctus &c. 3.Re.20

Grandia verba & superba dixit Rapsaces, ex parte regis Assyriorum dicens: Nunquid liberauerunt de manu regis Assyriorum &c. 4.Re.18

Holofernes dixit Achior: Cũ percusserimus omnes, quasi hominem vnum, tunc etiam ipse, cum illis Assyriorum gladio interibis. Iudith.6

Aman inuitatus ad conuiuium Esther, vocauit amicos & vxorem suam, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum & filiorũ, & quãdo apud reginam solus cum rege prandere debebat. Sed nota, quod suspensus fuit in crastino, in eadem trabe, quam parauerat Mardochęo. Esth.5

Aperuit Esaias verba regis Assyriorũ. In fortitudine manus meę feci, & in sapientia mea intellexi &c. Non fuit qui moueret pennam, et aperiret os suum & gnniret &c. Esa.10

De Nabuchodonosor intelligitur ad literam illud Esaiæ: Dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam, supra astra dei exaltabo solium meum, & similis ero altissimo. Esa.14

V Per

Hier.48. Per Hieremiam dicitur de Moab. Summitatē eius & arrogantiam eius: quod non sit iuxta eam eius virtus &c.

Dan.3 Nabuchodonosor rex Babylonis dixit tribus socijs Danielis, q̄ noluerūt statuam eius adorare: Quis est deus, qui eripiat vos de manu mea?

Dan.4. Deambulans in aula Nabuchodonosor, ait: Nonne hęc est Babylon ciuitas magna, quam ędificaui in domū regni, in robore fortitudinis meæ & in gloria decoris mei? Cumq; adhuc sermo esset, vox de cœlo ruit &c.

1.Mac.3 Audiuit Sereon, quod congregauit Iudas ecclesiam fidelium, & ait: Faciam mihi nomen, & debellabō Iudam, sed ipse econtra fuit cito debellatus ab eo.

1.Mac.10 Demetrius filius Demetrij misit ad Ionatham dicens: Descende ad nos in campum & comparemus illic inuicem: quia mecum est virtus bellorū Interroga & disce quis sum ego &c. Sed paulo post male successit ei.

2.Mac.8 Nicanor pugnaturus contra Iudam, vocauit negotiatores, promittens se daturum pro vno talento nonaginta mancipia Iudęorum.

2.Mac.9 Multitudine adarmata concurrente, fugatus est turpiter Antiochus de Persipoli ciuitate Persidis et superbe loquutus est, dicens: Se venturum Hierosolymam & congeriem sepulchri Iudęorū eam facturum.

2.Mac.15 Nicanor interrogauit Iudæos. Si est potens in cœlo qui imperauit diem Sabbatorū: Respondentibus illis, dominus potens in cœlo, qui constituit diem septimum, ait: Et ego potens sum super terram &c. Vt supra: pręcedenti cap.

Mat.26 Mar.14 Luc.22 Petrus valde audacter dixit domino. Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego, Sed postea longe

longe aliter accidit. Ioan.17

Qui se iactant & dilatant maxime, si mentiun tur, diabolum specialiter imitantur, qui dixit, quũ ostendisset domino omnia regna mundi: Mihi tra dita sunt omnia, & cui volo do illa. Luc.4

Cõtra iactãtes se, & arrogantes, inducit Dñs exẽplũ illius Pharisęi dicentis. Non sum sicut cæ teri hominum, velut etiam hic publicanus. Luc.18

Magnæ arrogantiæ verba dixerunt Pharisæi cęco nato, quem dominus illuminauit & illos ra tionabiliter confundebat. In peccatis natus es to tus, & tu doces nos? Ioan.9

Arroganter nimis dixit saluatori Pilatus: Ne scis quia potestatem habeo crucifigere te, & po testatem habeo dimittere te? Ioan.19

CAPVT C.

De Electionibus.

Consilio Iethro sacerdotis Madian Moyses vsus humiliter, elegit Iudices, seu pręlatos minores, viros potentes & timentes do minum, in quibus erat veritas, & qui ode rant auaritiam. Exo.18

Præceperat dñs Moysi, vt tolleret. 12. virgas iuxta numerũ tribuũ filiorũ Israel, nomen Aaron erat in tribu Leui, quas quũ posuisset in taberna culo, sequẽti die inuenit virgã Aaron germinasse Num.17.

Volẽs Moyses vlcisci Israel de Madianitis, ait Mille viri de singulis tribubus, eligant ad bellum Num.31

Moyses auertens se, iuxta voluntatẽ dñi, mori turus orauit dñm deuote, dicens: Prouideat Dñs deus spiritum omnis carnis, hominem, qui sit su per multitudinem hanc &c. Ordinauit autem do min9, quod Iosue filius Nun esset successor ipsius & dux populi, loco eius &c. Num.27

Post mortem Iosue consuluerunt filij Israel Iudic.1

dn̄m, dicentes: Quis ascēdet ante nos, & erit dux belli. Dixitq; Dominus. Iudas ascendet &c.

Iudic. 8 Vidētes filij Israel quod Gedeon strenue pro eis pugnauerat, dixerunt omnes ad eum. Dominare nostri &c.

Iudic. 11 Maiores natu de Galaad perrexerūt ad Hiephthe, dixeruntq; ad eū. Veni & esto princeps noster, & pugna contra filios Amnon.

1. Re. 9. Erat vir de Beniamin, nomine Cis, & ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & non erat vir de Israel melior illo &c. hunc reuelauit dominus Samueli eligendum fore, & inungendum super populum Israel.

1. Re. 16 De mandato Domini speciali iuit Samuel in Bethlehem, & vnxit Dauid filium Isai in regem super Israel & Hierusalem.

2. Re. 2 Mortuo autem Saule, venerunt viri de tribu Iuda, & vnxerunt Dauid super se in regem. Dein de vniuersę tribus Israel venerūt ad eum, & vnctus est in regem, super totum populum Israel.

2. Re. 5 Psalm 9 1. Pa. 28 Vnde ipse dicit in Psalmis. Elegit Dauid seruum suum. Et alibi. Placuit domino vt me eligeret regem super cunctum populum Israel.

Eodem Appropinquās morti Dauid, dixit maioribus Israel: De filijs meis elegit dn̄s Salomonē, vt sederet in throno regni domini super Israel.

3. Re. 11 Terribili iudicio dei assumptus fuit Hieroboā vt esset rex super. 10. tribus Israel: & tamen occasio fuit populo recedendi à Deo.

4. Re. 10 Scripsit Iehu literas, & misit in Samariam ad optimates ciuitatis. Eligite meliorem, & eū qui vobis placuerit de filijs domini nostri, & ponite eum super solium patris sui, & pugnate pro domo domini nostri.

1. Mac. 9 Congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt

runt Ionathæ: Ex quo frater tuus defunctus est: vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos nostros. Nũc itaq; te eligimus esse, pro eo, nobis in principẽ & ducẽ ad bellandũ bellum nostrum.

Vocauit dñs discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit. Luc.6

Post ascensionem dñi, discipuli statuerunt duos, scilicet, Ioseph & Matthiam, & orantes dixerunt. Tu dñe, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris, ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius Apostolatus. Act.1.

Sermo, quẽ dixerunt Apostoli, placuit omni multitudini, & elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum &c. Act.6

Ministrantibus discipulis dño, & ieiunãtibus, dixit illis spiritus: Segregate mihi Paulũ & Barnabam in opus ad quod assumpsit eos. Act.13

CAPVT CI.

De bonis principibus & prelatis.

Bonus prælatus Moyses multoties intrauit ad Pharaonem pro caussa populi, vt eum liberaret de Ægyptiaca seruitute. Exo.6.7 & sequẽ.

Populum timentem Moyses confortabat dicens. Nolite timere, dñs pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Ore quidem verba dicebat, sed corde dominum exorabat, sicut apparet ibi. Exo.14

Clamabat pro populo ad dominum Moyses, quando murmurabat populus contra eum. Exo.15

Omnia debet retorquere ad dominum bonus Prelatus. Vnde dicebat Moyses. Nec est contra nos murmur vestrum, sed cõtra dominum. Nos enim quid sumus? Exo.16

Cũ pugnaret Israel contra Amalech, non iuit Moyses ad prelium, sed tantum Iosue misit famulum suum, & tamẽ erat ex parte ipsius iustissimũ Exo.17

bellum: ipse vero stans in vertice collium, ad orā dum Dominum se conuertit.

Exo.24 Recessurus à populo Moyses, et iturus ad mō tem bonos vicarios dereliquit, videlicet Aaron & Hur.

Exo.32 Videbatur velle dominus confundere & delere populum peccatorem, & promittebat Moysi magnum statum & honorem. Et tamen Moyses pro populo suo instāter orabat. Et nota quanta seueritate populū puniuit, pro quo deum tamē instanter orabat.

Num.7 Moyses distribuit Leuitis duodecim boues et septem plaustra, quos obtulerāt principes tribuū filiorum Israel, sed nihil dederat filijs Caath licet essent magis propinqui, quia proprijs humeris, omnia portare debebant.

Num.11 Desiderabat Moyses, quod omnes de populo prophetarent, licet honor suus minui videretur.

Num.14 Post reditum exploratorum dixit Dominus ad Moysen: Quousq; detrahet mihi populus iste? Feriam ergo pestilentia: te quoq; faciā principē super gentē magnā & fortiorē, q̄; hic est, sed noluit Moyses ad maiorē transferri prælationem.

Num.16 Pereunte populo pro murmure & tumultu, quę faciebant contra Moysen & Aaron. Dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum: pergens cito ad populum, vt roges pro eis.

Num.27 Moriturus Moyses solicite rogauit dominum vt populo de duce idoneo prouideret. Nullū vero in speciali voluit nominare.

Iosue.24 Seruierūt Israel domino cunctis diebus Iosue &c. Bonus enim pręlatus multū confert ad populum, in via domini dirigendum.

1.Re.7 Samuel iudicabat Israel, & ibat circuiens Bethel &

thel & Galgala & Masphat, vt homines qui eo indigebãt facilius possent ad ipsum habere accessũ

Dixit Samuel ad populũ. Absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam rectam & bonam. 1. Re. 13

Videns Dauid angelum percutientem populum, obtulit se pro eo percutiendũ. Vertatur, inquit, obsecro, manus tua contra me &c. 2. Re. 24.

Audiuit omnis Israel iudiciũ, quod iudicasset Rex Salomon de duabus mulieribus: & timuerunt regẽ, videntes sapientiam Dei esse in eo. 3. Re. 3.

Signũ est quod dñs diligit populũ, quãdo dat ei bonum prælatũ. Vnde regina Saba dixit. Quia diligit deus Israel, iccirco posuit te regẽ supra eũ, vt facias iudicium atque iustitiam. 2. Par. 9

Volens dominus tradere regẽ Syriæ in manu regis Israel, mandauit ei per prophetã, quod ipse rex debebat incipere præliari. 3. Re. 20

Quamdiu vixit Ioiada pontifex, Ioas rex Iuda fuit bonus, quo mortuo, multa mala fecit. 4. Re. 12 2. Par. 24

Hezechias rex Iuda, fecit serpentem æneũ confringi, eo quod esset populo idololatrãdi occasio. 4. Re. 18

Iosaphat rex Iuda constituit iudices super populum, & eos valde fideliter & prudenter instruxit. Videte, inquit, quid facitis? 2. Par. 19

Perrexerunt cursores cum epistolis, ex regis imperio Hezechiæ & principum eius, in vniuersum Israel & Iudam, prædicantes. Reuertimini ad dominum &c. 2. Par. 30.

Orante Esdra & flente pro transgressione populi, collectus est ad eum cœtus magnus virorũ ac mulierũ, & fleuit populus multo fletu ad exẽplum eius. 1. Esd. 9

Audita Holofernis potentia Eliachim magnus sacerdos, circumiuit omnem Israel, alloquutus Iudith. 4

eos dicens. Scitote, quoniam exaudiuit dominus preces nostras: sicq; populum bonis exhortationibus confortabat.

Esa. 22 Bonus prælatus debet esse, quasi bonus pater populi sibi commissi. Nam de Eliachim, quẽ constituit dominus loco Sobnæ præpositi, dicitur apud Esaiam. Erit quasi pater habitantium in Hierusalem.

1. Mac. 9 Mortuo Iuda Machabæo, emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel, & exhortati sunt omnes, qui operabantur iniquitatem: In diebus illis facta est fames &c.

1. Mac. 12 Cũ crederetur occisus Ionathas à Triphone, quęsierũt omnes gentes quę erant in circuitu Iudęorũ cõterere eos. Dixerunt enim. Non habent principẽ adiutorẽ, nunc ergo expugnemus eos, & tollemus de hominibus memoriam eorum.

2. Mac. 2 Caussa pacis et boni status sanctę ciuitatis pulchre dicitur fuisse prudentia & pietas Onię summi sacerdotis & bonitas subditorum.

2. Mac. 3. Bene restitit Onias Heliodoro, volenti spoliare templum & deposita viduarum & pupillorum auferre.

Ioan. 10 Saluator noster dñs Iesus, vbi se bonũ pastorem dicit, statim caussam subiungit dicẽs: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus. Et post pauca: Animam meã pro ouibus meis pono. In quo dat intelligere, quid exigatur ad hoc quod aliquis bonus pastor vocari mereatur.

Ioan. 22 Quando Saluator noster post resurrectionem suam, voluit gregem ecclesiæ Petro committere. Primo probauit eum dicens: Simon diligis me plus his? Et nota quod examinauit eũ de dilectione, non de cognitione. De Practica vero, nõ de Theorica, de facto vero, non de iure.

Item

Itē non solum interrogauit simpliciter an eū diligeret, sed ter dicit. Si diligis me. Addit ter. Pasce oues meas: non tonde, vel occide. Bonus enī prælatus commissum sibi gregem debet pascere verbo & exemplo, & temporali subsidio.

Videns Petrus Iudęos admirātes, & male de discipulis sentiētes, eleuauit vocē et loquutus est eis: Viri Iudæi &c. Vbi gregem suum constāter defendit, & aduersarios salubriter superauit. 2. Act

Cōsiderari potest hic de Paulo Apostolo eximiæ bonitatis prælato. Ad bonum enim prælatum specialiter & summe pertinet dilectio, quā habere debet ad subditos. Sicut diligebat pastor ille optimus princepspastorū, qui posuit animam suā pro ouibus suis. Qui cū dilexisset suos in finē dilexit eos. Paulus aūt miro modo ea dilectione feruebat. Vnde dicebat: Ego libentissime impendā, & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minus diligar à vobis. Et ad Philip. 4. Fratres mei charissimi &c. 2. Co. 12 Phil. 4

Iterū debet in eo esse scientia scripturæ. Eligite lumen sapientiæ, quod prosit populis, alioquin quomodo posset leprā à nō lepra discernere, vel cōmissum sibi populū iudicare? Ipse vero Paulus de diuinis & humanis excellentissimā cognitionē habebat, qui paruulis in Christo lac potū dabat, & inter perfectos sapientiā loquebat. Quippe qui fuit raptus vsq; ad tertiū cœlum, & audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. Eodem Sap. 6 1. Co. 2. 3 2. Co. 12

Ex amore vero subditorū, & notitia scripturarū solicitudo in pręsidente causatur, qui præest in solicitudine. Qua quidē solicitudine, Paulus erga proximos ardētissime fungebatur, ꝓpter q̄d ait. Præter illa quę extrinsecus sunt instantia, mea quotidiana solicitudo omniū ecclesiarū. Item & Rom. 12 2. Cor. 18

alibi. Volo scire qualem solicitudiuē habeam pro vobis. Ex prædictis tribus debet sequi instructio peritorum. Vnde promittit Dominus Hiere.3. Dabo vobis pastores iuxta cor meū, qui pascent vos scientia, & doctrina. Iuxta id, quod dixit Artaxerxes Esdræ & iudicibus populi: Imperitos docere libere. Et hoc profecto liquet fecisse Paulum doctorem gentium, qui verbo, vel scripto docuit vniuersum mundum. Doctor gentium in fide & veritate. Et.2. Cor.2. Odorem notitię suę deus per nos manifestat in omni loco, &c. Et ad hæc: quis tam idoneus?

2.Cor.2 · Hier.3 · Esd.7 · 1.Tim.2 · 2.Cor.2

1.Cor.11 · Exo.14

Debet etiam bonus prælatus officia disponere inter subditos, & ordinare: sicut Moyses, qui consilio Iethro instituit in populo Centuriones quinquagenarios & decanos. Paulus quoq; in Ecclesia similia faciebat. Cætera cum venero disponam. Propter quod dicebat Tito.1. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt quę desunt pergas corrigere & constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinaram.

Tit.1

Exo.14

Item debet pusillanimes & timidos animare sicut fecit Moyses, quando dixit populo pauescēti. Nolite timere, dominus pugnabit pro vobis Et hoc vtiq; Paulus optime faciebat. Ephesi.6. Confortamini in domino & in potentia virtutis eius, & induite vos armaturam dei &c: Idē. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animabus vestris deficientes.

2.Mac.3

Item in bono prælato, debet esse defensio oppressorum: Sicut Onias summus sacerdos, qui cōstanter restitit Heliodoro, volenti templum Domini spoliare: Quàm viriliter autem Paulus restiterit pseupoapostolis Iudæis, patet in Actibus.

Et

Et ad Corin. In quo quis audet, audeo & ego: Et ideo dicebat se pugnare. Sic pugno non quasi aërem verberans. Et ad Tim. 4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui &c.

Præterea debet esse consolator afflictorum velut Eliachim, cum Holofernes Bethuliam obsidisset. Paulus autem non erat inferior in hac parte, vnde ait. Benedictus deus, et pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis consolans nos in omni afflictione nostra, vt possimus consolari eos, q sunt in quauis afflictione. Et ad Hebræos. Rogo vos fratres, vt sufferatis verbum solatij. Verba enim consolatoria habuit maxime ad Philip. & Thessalo. Vt patet intuenti.

Iudith. 4

Heb. 13

Debet insuper bonus prælatus pigros & tepidos excitare, quod fecit patriarcha Iacob, qui audiens, quod alimenta venderentur in Ægypto dixit filijs suis: Quare negligitis? Et hoc strenuus & vigil Paulus optime nouerat facere, ad Rom. Hora iam est, nos de somno surgere. Et ad Ephe. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et ad Timo. Commonefacio te, vt resuscites gratiam dei, quæ est in te per impositionem manuum tuarum.

Gen. 42

Rom. 14

Ephe. 5

2. Tim. 1

Item debet indigentibus pro possibilitate sua quantum ad necessaria subuenire. Exemplum est de hoc in Elisæo, qui quinque panes fecit distribui filijs prophetarum. Quod & Paulus diligēter implebat, memor illius verbi, Beatius est magis dare quàm accipere: prout ipse refert. Cum vero nō habebat, quod dare posset, ab alijs solicite procurabat: & hoc optime apparet ad Corin. De collectis autem &c. Et alibi. Qui parce seminat, parce & metet.

4. Re. 4

Act. 20

1. Cor. 16

2. Cor. 9

thanæ in interitũ carnis. Et post: Expurgate vetus fermentum. Hymenęum & Alexandrũ tradidit Sathanæ, vt discerent non blasphemare. 1. Tim. 1

Postremo debet pro vniuersis orare sicut faciebat Moyses. Is orabat dñm. Et Samuel. Absit à me hoc peccatũ, vt cessem orare pro vobis. Exo. 32 1. Re. 12

Hoc aũt Paulus diligentissime adimpleuit. Sine intermissione memoriã vestri facio semper, in orationibus meis. Et Thessa. Oramus semper ꝓ vobis, vt deus dignetur vos vocare &c. Itẽ hoc ipsum fieri hortabatur, dicens: Obsecro, vt ante omnia fiant deprecationes pro omnibus hominibus, pro regibus, &c. Rom. 1 1. Thes. 1 1. Tim. 2

CAPVT CII.

De malis principibus & prælatis.

PRæcepit dominus Moysi dicens: Tolle cũctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulum. Num. 25

Dixit Moyses ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatũ maximum? (quasi diceret) Multum peccaret prælatus in subditos, quando eorum prauæ acquiesceret voluntati. Exo. 24

Male corripuit Eli filios suos, quod multum displicuit Domino. Et tamen corripuit eos verbo, sed lentè, nõ viriliter & seuere. Quid ergo de illis, qui in malis fauent, vel qui dant eis occasionem peccandi. 1. Re. 2

Etiam malis prælatis debent deferre subditi, sicut Dauid, qui percussit cor suum, quod præciderat oram chlamydis Saulis illius, nec aliquid mali voluit facere ei. 1. Re. 24

Totum pondus prælij versum est in Saul: vnde cecidit in prælio, & occisus est. 1. Re. 31

Propter peccatum, quod commisit Dauid in 2. Re. 24

numera

numeratione populi, mortui sunt ex populo septuaginta millia virorum.

3.Re.12 Quia Roboam populum nimis grauare voluit, magnam partem eius amisit.

Eodem Occasionem dedit Roboam populo recedendi á cultu dei, quãdo vitulos fecit, & adorari eos præcepit.

3.Re.18 Propter malos prȩlatos subditi interdum temporaliter affliguntur. Vnde Helias dixit Achab: Tu conturbas Israel, & domus patris tui.

3.Re.22 Rex Syriæ præcepit principibus curruũ suorum. Non pugnabitis contra maiorem, vel minorem quẽpiam, nisi contra regem Israel. Solus autem ille erat Achab nequissimus.

2.Par.33 Manasses seduxit Iudã & habitatores Hierusalem, vt faceret malum super omnes gentes, quas subuerterat dominus à facie filiorum Israel.

Esai.1 Malorum prælatorum in Hierusalem habitantium peccata expressit Esaias dicens: Principes tui infideles sunt, socij furum, sequuntur munera, diligunt retributiones.

Esai.14 De Nabuchodonosor principe pessimo dicitur: Tu terram tuam disperdidisti: Tu populum tuum occidisti, &c.

Esai.22 Sobna prȩpositus tẽpli credebat in Hierusalẽ diu viuere, & moriturus honorifice sepeliri. Sed mandauit dñs ei, quid tu hic, aut quasi quis hic? Post pauca sequit̃. Expellã te de statione tua. Et ille videtur fuisse de his, q̃ dicebãt pauloante. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.

Hier.38 Sedechias rex Iuda, dixit principib9 Hieremiã occidi petẽtibus: Ecce in manibus vestris est: nõ enim fas est regem vobis quicquam negare.

Ezech.13 Contra malos prophetas & prælatos, dixit dominus per Ezechielem: Non ascendistis ex aduerso

uerso

uerso, nec opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini.

Malis prælatis, dominus per Ezechielem terribiliter comminatur, dicens: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur á pastoribus? Statim describit malorum actus pastorum. Lac, inquit, comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: & ægrotum non sanastis: quod fractum erat, non alligastis: quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod abiectum erat, non reduxistis: q̊d perierat, non quæsiuistis: sed cum austeritate imperabatur eis &c,

Ezech. 33

Mali fuerunt illi presbyteri, qui condẽnauerunt Susannam ad mortem, eo quod noluit consentire eis, cum ex hoc magis meruisset laudari.

Dani. 13

Rex Demetrius Alchinum proditorem impium, constituit in sacerdotio, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel.

1. Mac. 7

Elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis, & expugnauit amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem.

1. Mac. 9

Iason frater Oniæ, qui summũ sacerdotiũ emit ab Antiocho, statim vt obtinuit principatũ, ad gẽtilem ritum cõtribulos suos trãsferre cœpit.

2. Mac. 4

Proprietates malorũ prelatorũ tangit dñs Iesus. Super Cathedrã Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi &c. Dicunt & nõ faciunt: alligant onera grauia, Clauditis, addũt, regnum cœlorum ante homines, & vos non intratis &c.

Ex nouo testamẽto Mat. 23

Et apud Ioannem. Mercenarius, & qui non est pastor, vidit lupum venientẽ, & dimittit oues & fugit. Non pertinet ad eum de ouibus, sed curat tantum de pellibus.

Ioan. 10

Sciebat Pilatus, quod Iudei per inuidiam Dominum

Mat. 27 Ioan. 19 minũm tradidissent: sciebat eũ esse innocentẽ, & tamen propter fauorem populi, & timorem Cęsaris, tradidit eum voluntati eorum.

Act. 4 Principes sacerdotum vocantes Petrum & Ioannem, denunciauerunt, ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Iesu.

Act. 5 Vidẽs princeps sacerdotũ multa signa p̱ Apostolos fieri, exurgens ipse & oẽs qui cũ eo erant, iniecerũt manus in apostolos, & posuerunt eos in custodia sua publica: Angelus aũt domini per noctẽ eduxit eos: Tunc abijt magistratus cũ ministris, & adduxerũt illos, & post multa consilia vocauerunt apostolos, & cæsis denunciauerunt, ne amplius loquerentur in nomine Iesu.

Act. 6. 7 Raptus fuit Stephanus à Iudæis, & adductus in cõsilium. Cũ plura obijcerent ei principes sacerdotũ, dixerunt ei: Si hęc ita se habent? Qui cũ fideliter se excusaret & duritiam Iudæorũ acriter increparet, lapidatus est ab eis, præfato principe nullam displicentiam ostendendo.

Act. 16 Quidã homines habentes puellã, à qua Paulus eiecit spiritum Phytonicum, accusauerũt eũ, & Sylam eius sociũ, quod ipsi ciuitatem turbabãt Magistratus aũt sine aliqua probatione, fecerunt Paulum & Sylam virgis cædi & in carcerem durum mitti.

Act. 23 Productus Paulus in consilium cœperat rationabiliter loqui, sed ad primum verbum quod dixit princeps sacerdotum fecit eum percuti. Tũc Paulus dixit: Percutiet te dominus paries dealbate, & tu sedens iudicas secundum legem, & contra legem iubes me percuti.

Act. 25 Malos præsides & iniquos habuit Paulus, Felicem & Festũ, qui volebãt gratiã Iudæis præstare: & iccirco compulsus est Cæsarẽ appellare.

Caput

CAPVT CIII.

De ambitiosis.

LOquuta est Maria & Aaron contra Moysen, & dixerunt: Nonne & nobis similiter loquutus est dominus? Sed hæc verba videbantur ambire ducatum populi sui. Num.12

Chore & cõplices sui anhelãtes ad regnũ populi, cõdemnauerunt Moysen, & Aaron accusauerunt, dicẽtes: Sufficiat nobis, quod omnis multitudo sanctorũ est, & in ipsis est dominus. Cur eleuamini super populum domini? Num.16

Abimelech filius Gedeonis callide procurauit se eligi per amicos ex parte matris suæ: sed postea pessime successit vtrisq;. Iudic.9

Parabola illa, quam proposuit Ionathas, quod oliua, vitis, & ficus noluerunt sibi regnum accipere & principatum, Rhamnos vero arbor modica & vilis, regimen vsurpare præsumpsit. potest ad ambitiosos aptari. Eodem

Dicebat Gad filius Obed: Vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Eodem

Absalom, oĩbus ad iudiciũ regis veniẽtibus, Dauid blandiendo, detrahendo simul & ambiendo, dicebat: Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est, qui te audiat, constitutus à rege. Quis me constituat iudicẽ super terrã? Sed nota, quid ei postea acciderit. Cap.17.18.eiusdem. 2.Re.15

Adonias filius Hagith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. 3.Re.1

Dixit Ahias Sylonites propheta ad Hierobo am. Regna super omnia, quę desiderat anima tua Sed postea adeptus regnum super.10.tribus, pessime se habuit. 3.Re.11

Zambri videns Hela dominum suum regem Israel 3.Re.16

Iſrael temulentum, occidit eum: & regnat poſt eum ſeptem diebus tantum.

4. Re. 11 Athalia mater Ochoziæ regis, videns mortuum eſſe filium ſuum, in tantam exarſit libidinem dominandi, quod interfecit omne ſemen regium excepto Ioas, qui fuit à ſorore Ochoziæ furtiue ſublatus.

4. Re. 15 Sellum filius Iabes, coniurauit contra Zachariam regem Iſrael dominum ſuum, & interfecit eum, & regnauit pro eo vno menſe

Iudith. 2 Nabuchodonoſor rex Aſſyriorũ, vocauit duces bellatores ſuos, dixitq́ cogitationem eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio.

Eſth. 5 Ambitioſi & ſuperbi plus affliguntur de paucis, qui eos pręcedunt, vel eis non obediunt, q̃ lætentur de multis, qui eos ſequuntur vel obſequũtur eis. Vnde ſuperbus Aman, qui erat ſecundus à rege, & filios & diuitias multas habebat, vel ſe habere putabat, quãdiu videbat Mardochæũ ante fores regias &c.

1. Mac. 3 Audiuit Seron, quód congregauit Iudas eccleſiam fidelium, & ait. Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam: ſed ipſe cito fuit debellatus à Iuda.

1. Mac. 7 Alchinus, qui volebat ſummus ſacerdos fieri, & quidam alij iniqui de populo Iudæorum, venerunt ad regem Demetrium dicentes ei: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra.

1. Mac. 11. Ptolemæus rex Ægypti voluit dolo opprimere regnum Alexandri, & tandem obtinuit Alexandro deuicto & in Arabiam fugato, & abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo: qui parum gauiſus eſt, quia mortuus eſt die tertia.

Ptolemæ-

Ptolemæus filius Abobi habebat argentũ & aurũ multũ. Exaltatũ cor eius est, & volebat obtinere regionẽ, qua occasione proditiose occidit Simonẽ summum sacerdotẽ, & duos filios eius. 1. Mac. 15

Ambibat Iason super omnes summũ sacerdotium, propter hoc adijt regẽ Antiochum nobilẽ promittens ei. 360. argenti talenta, & multa alia. Quod cum rex annuisset, modico tempore sacerdotij honore functus est, quia Menelaus quẽ misit ad Antiochum, retorsit in se summum sacerdotium, qui etiam cito fuit amotus & Lysimachus frater eius loco illius substitutus. 2. Mac. 4

Cum vidisset Simon, quia per impositionem manuum Apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date mihi hanc potestatem, vt cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ei, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Act. 8.

CAPVT. CIIII.

De tentatione diaboli.

SErpens callidus ad tentandũ. Immo diabolus in serpẽte, humanũ genus ex parte debiliorũ, & ad peccandũ prõptiorũ aggressus est. Nõ enim Adã primũ tentauit, sed Euã. Item explorando à longe incœpit, nõ statim comedere vetitum fructum ex abrupto suasit.

Item negauit pœnam sequutam, pro mandati transgressione, & magna bona asseruit affutura pro vna tali comessatione. Gen. 3

Spiritus mendax frequẽter in tentatione mentitur. Vnde dixit Euæ: Nequaq; moriemini. Ita dixit Saluatori, cum ostendisset ei omnia regna mundi, mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Eodem Luc. 4

Tũ et scripturã sacrã peruerse allegat: dixit domino angelorũ; Angelis suis mãdauit de te. &c. Mat. 4

1.Pa.21 Consurrexit Sathan contra Israel, & incitauit Dauid, vt numeraret Israel.

Hiob.1.2 Petiuit Sathan à Domino, vt Hiob tangeretur in rebus, & liberis, & corpore. In quo potest notari, & calliditas & malignitas, & infirmitas inimici.

Dani.13 Non expedit tentationes suas reuelare alicui homini, quem credit tentatum de simili peccato fore: sed magis alicui discreto & sancto, qui eum confortet in bono. Vnde duo senes, quando sibi inuicem concupiscentiam suam indicauerunt ad peius prouocati fuerunt.

Mat. 4 Luc. 4 Tentatio domini nos instituit ad vincendum omne genus tentationis. Fuit enim tentatus à tribus, ad quæ omnia possunt tentamēta reduci. Et nota, quod non per potentiam, sed per scripturā tentatorem vicit.

Luc. 22 Ait Dominus Simoni Petro, instante passione sua: Ecce Sathan expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, Ego autem rogaui pro te.

Ioan. 13 Diabolus misit in cor Iudæ, vt traderet Dominum Iesum Christum.

Act.5 Dixit Petrus Ananiæ: Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?

CAPVT CV.

De peccato in generali, & varijs pœnis, quæ ex peccato consequuntur.

Gen.2.3 QVod peccatum causset in homine erubescentiam, patet per hoc. Quod in statu innocentiæ erant primi parentes nudi, & non erubescebāt, post peccatum vero sibi statim operimenta fecerunt.

Gen.3 Peccatū infamat peccatorē. Vnde Adam post peccatū credebat se abscondere à facie domini.

Pecca

Peccatum etiam facit hominem timidum. Vnde Adam postquam peccauit dixit: Timui, eo ꝙ nudus essem, & abscondi me. Gen. 3

Enormitas sceleris, clamat pro vindicta ad aures Dei. Vt Gene. 4. Vox sanguinis fratris tui, &cæ. Et alibi. Clamor Sodomorum. In pœna temporali punit dominus peccatum quandoq;, vt patet in Adam & Eua. Gen. 3. In Cain. Gen. 4 In Sodomis. Cap. 19. Et in filijs Israel multoties. Tum & Ioan. 5. Noli iam peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Gen. 4 & 19

Pharao propter peccatum, recognoscebat se à Domino flagellatum dicens: Peccaui in dominū & in vos. Exo. 10

Fecerūt filij Israel malū in cōspectu dñi, iratusq; dominus tradidit eos in manibus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus. Iudic. 2

Peccatum ipsum peccantem quiescere nō permittit, vnde percussit cor Dauid, priusquam numeratus est populus. 2. Re. 24

Salomonem sapientissimum, peccatum infatuauit, ipsius etiam famam maculauit. Dedisti maculam in gloria tua &c. Eccli. 47

Postq̃ Ioram rex Iuda cœpit ambulare per vias regum Israel pessimas, recessit Edom de eo, et noluit ei tributum soluere consuetum. 4. Re. 8

Dereliquerūt filij Israel dñi præceptū, & fecerunt sibi deos conflatiles, seruieruntq; Baal &c. Sequitur: Translatus est Israel de terra sua. 4. Re. 17

Factū est verbū domini cōtra Iudā, vt auferret eū corā se, propter peccata Manassę, quę fecit propter sanguinē innoxium quem effudit. 4. Re. 24

Deserta est Hierusalē, & omnes vrbes Iuda, & non est habitator in eis, propter malitiā, quam fecerunt, vt me ad iracundiā prouocaret. Cōsue- Hier. 44

tudine non caussaliter allegari debet.

Eodem — Tanta est grauitas peccati, quod dicitur Hier. Non poterat dominus vltra, propter malitiã studiorum vestrorum.

1.Re.11 — Propter peccatum debilitatur homo. Peccauit Hierusalẽ, propterea instabilis facta est, vnde seruus Salomonis ausus est insurgere in dominum, post ipsius peccatum.

Ioan.5 — Cum sanasset dominus Iesus hominem lãguidum, in grabbato iacentem, inuenit eum in templo, & dixit: Ecce sanus factus iam es, noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

Ioan. 8 — Mulieri in adulterio deprehensæ, & à Iudæis corã domino accusatę, dixit Saluator noster. Vade, & amplius noli peccare.

CAPVT CVI.

De confessione peccati.

Gen.3. — MOnebat dominus Adam post peccatum cognoscere culpam suam: sed ille eam quodammodo retorsit in deum & mulierem, & mulier in serpentem. Vnde ait. Mulier, quam dedisti mihi sociam &c, Et post. Serpens decepit me.

Gen.4 — Cain recognouit peccatum, dicens: Maior est iniquitas mea, q̃ vt veniam merear.

Exo.9 — Item Pharao dixit: Peccaui in dominum & in vos. Et: Peccaui etiam nunc, Dominus iustus, et ego & populus meus impij.

1.Re.26 — Saul ait. Peccaui, apparet quod stulte egerim & ignorauerim multa nimis.

Mat.27 — Item Iudas. Peccaui tradens sanguinem iustũ, Nullus tamen ex illis veniã consequutus est; quia non recto corde dixerunt.

2.Re.12 — Simile dixit Dauid corde humili, & audire meruit; Dominus transtulit peccatum tuum.

Afflicti

Afflicti filij Israel per ignitos serpẽtes venerũt ad Moysen, atq; dixerũt: Peccauimus, quoniã loquuti sumus contra dominum, & contra te. Num. 21.

Vehemẽter oppressi filij Israel à Philistæis et filijs Amnon, dixerunt ad dominum: Peccauim9, redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Iudic. 10

Reprehẽsus Dauid à Nathan propheta super excessum, quẽ cõmiserat in Vriã & vxorẽ eius, peccatũ suũ humiliter recognouit. 2. Re. 12

Humiliter recognouit peccatũ suũ Dauid, qñ fecerat populum numerari, ita quod etiã obtulit se percutiendum loco populi innocentis. 2. Re. 24

Dixit Neẽmias. Cõfiteor pro peccatis filiorũ Israel, quibus peccauerũt tibi, & ego, & domus patris mei peccauimus, Vanitate seducti sumus. Neem. 1

Quamuis Tobias ab infantia deũ timuerit & mãdata eius custodierit. Tamẽ dicebat, humiliter recognoscẽs. Nõ egimus secundum pręcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te. Tob. 3

Tres socij Danielis, qui ita sancte inter Chaldęos vixerãt, & pro quibus deus tantũ miraculũ faciebat in fornace, nequaq̃ cõtra dominũ murmurabant, quasi iniuste talia paterentur, sed dicebat Azarias: Peccauimus, inique egimus. Dani. 3

Orans deum Daniel, cõfitebatur peccata sua & populi, dicens: Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus. &c. Dan. 9

Sextus illorum septem fratrum mori incipiẽs ait: Nos enim propter nosmetipsos hæc patimur quia peccauimus in deum nostrum. 2. Mac. 7

Veniebat ad Ioannem Baptistam omnis Iudæa & omnis regio trans Iordanem, cõfitentes peccata sua &c. Mat. 3

Prædicante Paulo per Asiam, multi creden- Act. 19

tium veniebant confitētes & annūciantes actus suos.

CAPVT CVII.

De duritia & obstinatione malorum.

Gen.4 CAin post increpationē, quā fecit dominus, peior fuit, & fratricidium perpetrauit.

Exo.5 vsq; ad 10.cap. Cor Pharaonis non per blandimēta quę primo dixit Moyses, ex parte domini, nec per dura flagella potuit emolliri.

Exo.32 Filij Israel dicuntur à domino populus duræ ceruicis, vt patet Leuit. pluribus locis.

1.Re.2 Heli sermonibus suis filios corripuit, sed nihil eis profuit.

1.Re.8 Samuel prædixit populo cōditiones regis eorum valde graues, & quod hoc displicebat Domino, & tamen noluit desistere ab incœpto.

1.Re.18 Non per verba Ionathæ, nec per beneficia à Dauid recepta, cor Saul ad diligendum ipsum Dauid, potuit prouocari.

1.Re.25 De Nabal dicitur, quod erat durus, pessimus & maliciosus.

2.Re.2 Obstinate nimis Asahel persequebat Abner.

2.Par.24 Mittebat dominus viris Iuda prophetas, vt reuerterentur ad eū, quod illi audire nolebant. Imo & Zachariam filium Ioiadæ increpantē eos, crudeliter occiderunt.

2.Par.30 Hezechias rex Iuda misit nuncios in vniuersum Israel, dicentes: Nolite indurare ceruices, sicut patres vestri &c. Sequitur. Quod illi irridebant & subsannabant eos.

Luc.22 Ioan.18 Durissima fuerunt corda illorū, qui venerunt ad cōprehendendū dominū, quos cū ad terrā prostrauisset solo verbo, & auriculā illius sanasset, nō fuerūt moti ad misericordiā, vel ex miraculi manifestatione, vel ex beneficij pietate.

Beatus Stephanus Iudęos ardenter increpās, ait: Dura ceruice, et incircuncisi corde et auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. Act. 6

CAPVT CVIII.

De peruersitate quorundam.

PRima mulier ordinē naturæ peruertit, quando de fructu vetito viro dedit, & ille comedit. Cū ipse vir eam debuisset docere, quid illa deberet comedere vel vitare. Gen. 3

Dominus de spolijs Ægyptiorum ditauit Hebręos, licet sint multi qui ditāt Ægyptios de spolijs Hebręorum (scilicet) vsurarij &c. Exo. 12

Filij Israel in deserto penuriam patientes, dicebant se super ollas carnium in Ægypto sedisse: sed non faciebant mentionem de grauissima seruitute aut seueritate qua vexabantur. Exo. 16

Dicebat populus in deserto: Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis. Cū tamen, tunc seruitute grauissima premerētur, nūc liberi in deserto pane angelorum, id est, cibo sapidissimo sine labore dato cœlitus alerentur. Num. 11

Narrantibus exploratoribus conditiones terræ promissionis, voluit populus contra voluntatem domini in Ægyptū redire, & nequaquā vltra procedere. Cito vero post, voluit contra voluntatem domini nimium festinare. Num. 14

Vocati Dathan & Abyron à Moyse, respōderunt: Non veniemus. Nunquid parū est tibi, q͞d eduxisti nos de terra quę lacte et melle manabat? Num. 16

Petijt Moyses à rege Edom dicens: Obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam: nō ibimus per agros, sed via publica gradiemur. Respondit tamen ille: Non transibitis per terrā, alioquin armatus occurram tibi. Num. 20

Simile accidit de Seon rege Amorrhæorū, sed Num. 21

quia noluit concedere pauca, amisit multa.

Num. 14 Noluit Balaam maledicere populo, quē credebat benedictionem habere à Deo, sed sunt multi qui plura mala dicunt de bonis q̃ de malis. Et mirum fuit, quod qui noluit eos maledicere, voluit eis malefacere. Nam licet ostendisset ei dominus, quod populus Israel erat benedictus, tamen finaliter dedit prauum consilium, per quod à mulieribus est seductus.

Iudic. 2 Filij Israel audientes mandata domini, omnia fecere contraria.

Iudic. 12 Viri Ephraim rogati à Iephthe, vt secum venirent ad prælium, noluerunt. Quo post victoriā redeunte, quasi eos non vocasset contra eum iurgari cœperunt.

1. Re. 18. 19 Dauid psallebat coram Saule à dæmone vexato, & ipsi vtiliter seruiebat. Et tamē ipse Saul voluit configere eum parieti, cū lancea quā tenebat

1. Re. 20 Saul voluit occidere filium suum Ionatham, quia excusabat Dauid innocentem.

1. Re. 22 Dicebat Saul seruos suos coniurasse aduersus eū, & Dauid insidiari ei, quē etiā ad mortē quęrebat, & inuenire, vel capere non poterat &c.

2. Re. 10 Rex filiorum Amnon, videns quod iniuriam fecisset Dauid: voluit impugnare eū, cum magis debuisset laborare ad placandum eum.

2. Re. 13 Amnon filius Dauid, Thamar sororem suam violenter oppressam, à se expelli fecit.

2. Re. 15 Absalon filius Dauid, contra patrem malitiose se amouit, & ad concubinas illius videntibus cunctis intrauit, ipsum patrem suum, vita & regno priuare voluit.

3. Re. 13 Sublimatus à dn̄o Hieroboam super decē tribus Israel, statim auertit populum à cultu dei, & monitus per prophetam pręcepit eum capi.

Achab

Achab rex Iuda altare domini transtulit & fe- cit fieri altare ad similitudinem illius, quod vide- rat in Damasco, & super illud offerri holocausta præcepit. 3.Re.18

Idololatria, sortilegia, homicidia & diuersa sce- lera, quæ commisit Manasses rex Iuda, satis nar- rantur. 4. Reg. 21. 2.Par.33

Cũ debellasset Amasias Idumęos, & filios Seir, & tulisset deos eorũ, adorauit eos: & illis adole- uit incẽsum. Propter quod dñs eũ arguit per pro- phetã dicentẽ sibi: Cur adorasti deos, qui non li- berauerunt populum suum de manu tua? 2.Par.25

Achaz rex Iuda immolauit victimas dijs Da- masci percussoribus suis, & dixit: Dij regũ Syriæ auxiliantur eis. Quos ego placabo hostijs, & ade- runt mihi. Quum econtra ipsi fuerint ruina ei, & vniuerso Israel. 2.Par.28

Quia vnus solus Mardochæus non adora- bat Aman superbissimum, Ipse Aman procura- bat apud regem Assyriorum omnes Iudæos de- bere interfici. Esth.3

Arguente Hieremia propheta populum, pro eo ꝙ sacrificabat dijs alienis, responderunt: ex eo quod cessauimus sacrificare reginæ cœli, & liba- re ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, et fame consumpti sumus. Hier.44

Principes & Satrapæ Darij regis Persarum, accusauerunt Danielem, quod tribus tẽporibus per diem, orabat dominum suum. Dan.6

Duo senes presbyteri, qui viderunt Susannam esse constantissimæ castitatis, debuerant valde eam diligere & laudare: Ipsi vero econtra detra- xerunt ei, & conati sunt eam condemnare morti sed dominus eam mirabiliter per abstinentẽ pue- rum liberauit, Dan.13

Alchinus

1.Mac.7. Alchinus impius de gente Iudæorum, qui debebat diligere Iudam & fratres eius, iuit ad regē Demetrium, & quidam alij iniqui ex Israel dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos disperserunt de terra nostra.

2.Mac.9. Cum vellet Antiochus ciuitatē Pentapolim spoliare, fugatus est multitudine ad arma concurrente. Quam iniuriā in Iudęos voluit retorquere.

2.Mac.12 Ioppitæ crudele flagitium perpetrauerūt: rogauerunt ducentes Iudęos, vt ascenderent naues Qui cū essent in alto mari submerserunt eos.

Mat.11. Nec austerus victus Ioannis, nec condecens manducatio saluatoris placuit Iudęis.

Luc.11. Mat. 12 Pharisæi videntes dn̄m dęmonia eijcientē turbis stupentibus, blasphemabant dicentes: Hic nō eijcit, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Mat.26 Nimia fuit peruersitas in Iuda, qui pro.30.argenteis tradidit saluatorem.

CAPVT CIX.

De nequitia tyrannorum.

Exod.1 VArias adinuenit nequitias Pharao vt posset extinguere vel ad numerum paruū redigere filios Israel: Imprimis eos duris laboribus pręcepit affligi: deinde masculos occidi, postea eos mandauit in fluuiū proijci, & fœminas reseruari. Exo.10 Primo simpliciter dixit Pharao: Nescio dominum, & Israel non dimittam. Deinde concessit dicens: Ite sacrificate domino in terra hac. Postea dimittere eos voluit, vt sacrificarent domino in deserto. Veruntamen longius ne abirent. Eodem Postmodum voluit, vt viri irent: dum tamē oues & armenta dimitterent.

Exod.5 Postquam intellexit Pharao, ꝙ filij Israel voluerunt sacrificare domino, durius afflixit eos.

Iudic.1 Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum

dum summitatibus, colligebant reliquias sub mẽ sa Adonibezech.

Abimelech filius Gedeonis vsurpato dominio super populo. 70. viros fratres suos occidit super lapidem vnum. Iudic. 9

Post multa beneficia à Dauid percepta Saul quęsiuit eum ad mortem, & occidit. 85. viros, portantes Ephod. 1. Re. 22

Virum dei arguentem Hieroboam pro altari sacrilego, quod construxerat, pręcepit ipse Hieroboam apprehendi. 3. Re. 13

Iezabel fecit Heliam ad mortem quæri, quia prophetas Baal fecit occidi. 3. Re. 19

Naboth Israelites lapidatus fuit, procurante Iezabel, & fecit falsos testes contra illũ produci 3. Re. 21

Achab rex Israel fecit poni Michæam prophetam in carcerem, & sustentari pane tribulationis & aqua angustiæ. 3. Re. 22.

Cum factum esset verbum Domini in manu Iehu prophetæ, contra Baasa regem Israel, & cõtra domum suam occidit pręd ictum prophetam 3. Re. 16

Manasses rex Iuda sanguinem innoxium effudit, & impleuit Hierusalẽ cruore innocentum. 4. Re. 21

Cum reuersus esset Sennacherib fugiens à Iudæa, plagam, quam contra eum fecerat deus propter blasphemiam suam, iratus multos Iudæos occidit &c. Tob. 1

Nabuchodonosor dixit Holoferni. Non parcet oculus tuus vlli regno. Iudith. 2

De Holoferne vero postea legitur. Quod tantus metus illis prouincijs incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores exirent obuiam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tibijs & tympanis, nec tamẽ ista facientes ferocitatem pectoris eius mitigare po- Iudith. 3

re potuerunt.

Esth.3. Quia Mardochęus superbissimo Aman genua nõ flectebat, magis elegit Aman procurare omnes Iudæos occidi, q̃ parcere vni soli.

Hier.38 Ad petitionē principũ populi, pręcepit Sedechias rex Iuda Hieremiã prophetã mitti in lacum in quo non erat aqua nec lumen.

Hier.39 Rex Babylonis occidit filios Sedechiæ regis Iuda in oculis eius in Reblatha, oculos quoq; ei⁹ eruit, & vinxit eum compedibus, vt adduceretur in Babylonem.

Dan.2. Nabuchodonosor rex Babylonis in furorem versus pręcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis: pro eo scilicet, quod non poterant ei somnium quod viderat indicare.

Dan.3. Mira crudelitas fuit cum Nabuchodonosor rege Babylonis cum fecit socios Danielis in fornacem ignis ardentis mitti.

1.Mac.1 Antiochus ascendit Hierosolymam, & fecit cædem hominum, & effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis Hierusalē, & multa &c.

1.Mac.7 Cõprehendit exercitus Antiochũ filiũ Antiochi & Lysiã, & deduxit eos ad Demetrium, qui voluit videre eos, & occidit eos exercitus.

1.Mac.13 Tryphon cepit Ionathã proditiose: Cũq; teneret eũ, petijt pro eius liberatione. 100. talenta argenti, & duos filios eius pro obsidibus. Quos cũ haberet, occidit nequissime patrem cum filijs.

2.Mac.4 Rogatus à Menelao Andronicus, & per munera quę accepit ab eo corruptus, occidit Oniam summum sacerdotem.

Eodem Rex Antiochus Menelaũ hominē sacrilegũ de sceleribus multis accusatũ absoluit, vel accusatores eius morte damnauit, & eũ immunē dimisit.

Nimiã crudelitatẽ in Eleazarũ illi Tyranni ab Antiocho missi exercuerunt: Et similiter in illos septem fratres, & eorum matrem. 2.Mac.6

Videns Herodes, quod illusus esset à Magis, iratus est valde, et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infra. Mat.2

Sciebat Herodes Tetrarcha Ioannẽ Baptistã esse virũ iustũ & sanctũ. Et tamen ad petitionem vnius meretricis, fecit eũ in carcere decollari. Mat.14 Mar.6

Pilatus sciebat quod Iudæi per inuidiam tradidissent dominum, & nullam caussam poterant inuenire. Tamẽ eorum clamoribus, et timẽs perdere amicitiam Cęsaris, ipsum flagellatum tradidit voluntati illorum. Mat.27

Accesserunt quidam Pharisęorũ ad dominum Iesum dicentes: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Luc.13

Herodes Tetrarcha multo tempore cupiebat videre Iesum, & viso eo gauisus est valde: & tamen spreuit illũ cum exercitu suo, & illusit, et indutum illum veste alba dimisit ad Pilatum. Luc.23

Misit Herodes rex Agrippa manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Iacobũ fratrem Ioannis. Videns autem quia placeret Iudęis, apposuit vt apprehenderet & Petrum. Act.12.

A quibusdã fuit Paulus mendaciter accusatus pro eo quod ipse spiritum Phytonicum eiecerat à quadã puella. Magistratus autem miserunt eum & Sylã eius socium & virgis cædi & in carcerẽ mitti, & pedes eorum ligno stringi. Act.16.

Felix Præses sperabat quod pecunia ei daretur à Paulo, quem tenebat vinctum, propter qđ frequenter accersens eũ, loquebatur cũ eo. Successit autem ei Festus, & volẽs Felix gratiã pręstare Act.24 &.25.

Iudęis & Paulum grauare, propterea Paulus cõ-pulsus est Cęsarem appellare.

CAPVT CX.

De oppreſſione bonorum per malos

Gen.4 CAin nequam & inuidus, prævaluit aduersus Abel iuſtum & occidit eum.

Gen.19 Sodomitæ animam Loth multipliciter afflixerunt.

Ge.27.28 Oderat ſemper Eſau Iacob, dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meum. Vnde & compulſus eſt Iacob fugere ad Laban auunculum ſuum.

Exo.1 Oderant filios Iſrael Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebãt vitam eorum.

Iudic.9 Abimelech ambiens principatum vel regnũ, occidit. 70. fratres ſuos.

1.Re.17 Saul diu perſequutus eſt Dauid, qui tamen ei fideliter & vtiliter ſeruiebat.

2.Re.15. Abſalon intãtum commouit populum aduerſus Dauid, quod compulſus eſt exire Hieruſalem licet cito fuerit reuocatus.

3.Re.19 Impijſſima Iezabel minata & conata eſt q̃d occideret hominem Heliam: ita quod ille timens abijt, quocunq; eum ferebat voluntas.

4.Re.6 Rex Iſrael Ioram peſſimus, audiẽs quod maxima fames eſſet in ciuitate, miſit virum ad ampu tandum caput Eliſęi.

2.Par.24 Ad imperiũ Ioas regis Iuda, lapidatus eſt Aza rias filius Ioiadæ, pro eo, quod arguebat regem, & populum, ſculptilibus ſeruientes.

Iudith.2 Nabuchodonoſor præcepit Holoferni, vt om nes deos terrę exterminaret, videlicet, vt ipſe ſolus Deus diceretur, & propter hoc multa regna deſtruxit, & populum dei qui nuper redierat de capti-

captiuitate Babylonis afflixit.

Aman ſuperbus, crudelis, & impius, ita potens fuit, quod pro nihilo habuit procurare necẽ omnium Iudęorum: ſed diuina prouidentia, eius conatibus obuiauit. Eſth. 3. 4

Percuſſit Phashur Hieremiam prophetam, et miſit eum in neruum. Hier. 20

Ananias prophetauit plane contra illud quod dicebat Hieremias, & tulit catenam ligneam de collo Hieremiæ, & confregit eam, & abijt Hieremias in domum ſuam, quaſi confuſus ab illo mendace propheta. Hier. 28.

Nabuchodonoſor rex Babylonis Azariam & ſocios eius in fornacem mitti iuſſit, eo quod illi adorare noluerunt ſtatuam quam ipſe idololatra iniquus erexit. Et Daniel bis fuit miſſus in lacũ leonum, procurantibus peſſimis hominibus. Dan. 5. 13. 14.

Antiochus aſcendit Hieroſolymam in multitudine graui cum ſuperbia: & fecit ibi terribilem hominum cædem. 1. Mac. 1

Bacchides & Alchinus proditor, miſſi à rege Demetrio, tantum exercitum produxerunt contra Iudam Machabęum, quod ipſe Iudas cecidit in bello, & cęteri commilitones ſui fugierunt. 1. Mac. 9

Proditor & doloſus Tryphon, qui dominum ſuum regem Antiochũ adoleſcentẽ dolo occidit, Ionatham & duos eius filios nequiter interfecit. 1. Mac. 13

Ioannem Baptiſtam, totius exemplar ſanctitatis, ad petitionẽ vnius meretricis Herodes adulter viliſſimus decollauit. Mat. 14. Mar. 6

Saluator mundi dominus Ieſus fuit percuſſus & deluſus ab Anna, Caipha, & ab Herode Tetrarcha, & tandem à præſide Pilato iudicatus & crucifixus: Imo ab ipſis latronibus blaſphematus. Mat. 18 Ioan. 19 Luc. 24

Princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo Act. 5

erant, iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica, & postea fuerũt cęsi, & denuntiatum est eis, ne amplius loquerẽtur in nomine Iesu.

Act. 6. 7 Quidam Iudæi commouerunt plebem & seniores & scribas, & rapuerunt Stephanum, & statuerunt duos falsos testes contra eum, lapidauerunt ipsum.

Act. 12. Misit Herodes Agrippa rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, & insuper incarcerauit Petrum.

Act. 13. Iudęi concitauerũt religiosas mulieres & primos ciuitatis, & excitauerũt ꝑsequutionẽ in Paulum & Barnabã, & eiecerũt eos de finibus suis.

Act. 14 Cum Paulus & Barnabas essent Lystris ciuitate ita honorati, quod illi homines ipsis quasi dijs sacrificare voluerunt, superuenerunt quidam Iudęi, & persuasis turbis lapidãtes Paulum, extraxerunt extra ciuitatem, existimãtes eum mortuum esse.

Act. 16. Quidam quæstuarij ducentes vanam mulierẽ Phytonissam, à qua dæmonium Paulus eiecerat, ita concitauerunt principes & magistratus de ciuitate Philippis, quod Paulus et Sylas socius eius iussi sunt cędi & in carcerem mitti, & pedes eorum ligno astringi.

CAPVT CXI.

De tribulatione, & eius vtilitatibus.

Gen. 41 PLus creuit Ioseph in exilio in terra paupertatis suæ, q̃ creuisset inter fratres suos in terra natiuitatis suæ.

Gen. 42 Fratres Ioseph loquuti sunt ad inuicem. Merito hęc patimur: Quia peccauimus in fratrem nostrum: Iccirco venit super nos tribulatio.

Filij

Filij Israel creuerunt ex oppressionibus & tribulationibus Pharaonis. Quanto opprimebant eos Ægyptij, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Exo.1

Afflicti Israel à serpentibus ignitis, dixerũt ad Moysen. Peccauimus, quoniam loquuti sumus contra dominum & contra te &c. Antequam vero dominus illos serpentes immitteret, nec peccatum suum recognoscebant, nec diuinum auxilium postulabant. Num.21

Toto tempore principatus Iosue, quando filij Israel grauissima prælia habuerunt, non leguntur à Domino recessisse, sed cito post, quando in abũdantia & quiete fuerunt. Iosue.1

Audierunt filij Israel quod Philistæi essent congregati, vt venirent contra eos, & timentes dixerunt Samueli: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum. 1.Re.7

Fugiens Dauid à facie Absalon seruo suo maledicente sibi, patiens fuit. Sed obtenta victoria superbiuit, quando iussit populum numerari. 2.Re.16

Videns Dauid Dominum propter peccatum elationis eius iratum, humiliter recognouit culpam suam, & petijt vt ipsemet puniretur, & populo parceretur. Eodem

Heliam fugientem reginam Iezabel persequẽtem, angelus Domini confortauit, & panem & aquam ei ostendit. 3.Re.19

Pane tribulationis & aqua angustiæ iussus est Michæas propheta sustentari in carcere. Propterea, quia noluit Achab iuxta suam volũtatem respondere. 3.Re.22

Voluit dominus vt viri Iudæ affligerentur à rege Ægypti, vt scirent distantiam seruitutis diuinæ & seruitutis regni terrarum. 2.Par.12

2.Par.33 Postquam Manasses angustiatus est, orauit dominum, cum esset vinctus in Babylone, & egit pœnitentiam valde coram domino, & exaudiuit dominus orationem eius.

Neem.9 In tribulationis tempore clamauerunt ad te, & tu de cœlo exaudisti eos, & super miserationes tuas multas dedisti saluationes.

Tob.2 Permittente deo, post bona opera Tobias fuit excęcatus, & deinde derisus est ab illis, qui eum debuerant consolari. Sed postea dominus multipliciter consolatus est eum.

Iudith.8 De populo suo loquens Iudith, dixit: Memores esse debetis, quando Abrahā pater vester tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.

Hiob.30 Tribulationes sustinuit Hiob in anima vxoris & amicorum suorū opprobria & contumelias, quę ipsum ad tristitiam prouocare deberent: In corpore grauissima infirmitate, quæ totum corp9 à planta pedis vsq; ad verticē occupabat: In amissione rerum & liberorum: In subtractione solatij quia anhelitum vxor eius abhorrebat. Alij etiam iuuenes, seu viles homines ipsum deridebant, & eius faciem conspuebant.

Hier.15 Sanctificatus in vtero Hieremias & prophetię spiritu plenus, dicebat de se, quod erat vir rixę & discordię in vniuersa terra, et quod omnes maledicebant ei.

Hier.36 Pro veritate vero quā populo prędicabat, fuit quādoq; percussus, pluries incarceratus. Cap.38. Et tandem ab ipso populo lapidatus.

Ezec.1.& deinceps. Exul Ezechiel in Chaldæa, in medio captiuorum, vidit mirabiles dei visiones. Per quod patet quoniam tribulationibus frequenter deus hominem consolatur.

Bene

Bene apparet dominũ esse cum homine in tri- bulatione, per illos socios Danielis, cũ quibus vi dit Nabuchodonosor quartũ, similem filio Dei. Dan.3

Nabuchodonosor in prosperitate fuit arrogãs & superbus, ideo eiectus ab hominibus et in be- stiam mutatus, recuperauit sensum quem amise- rat in honore elatus, & laudauit altissimum quẽ blasphemauerat prius. Dan.4.

Tantũ vel amplius laudatus fuit deus ex triũ puerorũ patientia, quã habuerunt in fornacis tri- bulatione, q̃ ex Danielis sapientia quã habuit in somniorum expositione seu interpretatione. Dan.2.3

Susanna in condemnatione mortis posita, nec habens recursum ad humanum adiutorium, flens respexit ad cœlum, sicut auis in terra ab homini- bus & canibus circumcincta non habet refugiũ, nisi eleuet se in altum. Dan.13

Post obitum Iudæ Machabæi emerserunt ini- qui, & facta est fames valida, & abstulit Bacchi- des impius dominos regionis, & facta est tribu- latio magna in Israel. 1. Mac.9

Decretum exijt contra Iudæos tam iniquũ, vt omnes trucidarent, qui sacrificare nolebant: Erat ergo Iudęę miseria magna. 2. Mac.6

Antiochus cũ esset sanus fuit crudelis homici- da, superbus: postea percussus à deo grauissima et insanabili plaga, propositum & verba mutauit. 2. Mac.9

Natus in mundo cito passus est dominus pres- suram mũdi: Ita quod Ioseph accepit eum & ma trem eius, & fugit in Ægyptum. De multis affli ctionibus & iniurijs quas passus est, require in ca pite De misericordia & patientia. Mat.2

Apostoli præcepto magistratuum flagellati, ibant gaudentes, quoniam digni habiti sunt prò nomine Iesu contumeliam pati. Act.5

Roma.1 2.Co.11 Quanquã vero Paulus tũc non esset cum illis, tamẽ ipse postea de se dixit: Gloriamur in tribulationibus. Et ad Cor. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virt9 Christi.

Act.8. Lapidato à Iudæis Stephano, facta est magna persequutio in Ecclesia, quę erat Hierosolymis, ac omnes dispersi sunt per regiones Iudęę & Samariæ, pręter Apostolos. Sed nota quod multũ profuit ad diuulgationem Euangelij.

Act.9 Haberi potest ex actibus Apostolorum quod Paulus tribulationes seu persequutiones passus est post conuersionem suam.

Act.9 2.cor.11 Consilium fecerunt Iudæi, vt interficerent eũ nocte, parabantur insidiæ, & dimissus est in sporta per murum.

Act.13. Cũ esset in Antiochia Pisidiæ Paulus & Barnabas disseminauerunt verbũ dei per vniuersam regionẽ. Iudęi excitauerũt persequutiones in eos & eiecti sunt de finibus Israel. At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium.

Act.14 In ciuitate Lystris propter hominem claudũ, quem curauit Paulus, in tanto honore fuerunt, ꝙ homines illis sacrificare voluerunt. Superuenerunt autem quidam Iudęi, & persuaserunt turbis lapidãtesq; Paulum, traxerunt extra ciuitatẽ, æstimantes eum mortuum esse.

Act.16 Deinde in Macedonia occasione puellæ, à qua Paulus eiecit spiritum Phytonem, domini illius dolentes de quæstu amisso, apprehenderunt Paulum & Sylam socium eius, & dixerunt eos esse turbatores ciuitatis. Magistratus autem iussit eos virgis cædi, & in carcerem mitti, & pedes eorũ ligno stringi.

Act.17 Postea apud Thessalonicã, cum multi credidissent, zelantes Iudæi concitauerunt per quosdam

dam malos homines ciuitatem, fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum & Sylam in Berrhęam: Vbi etiam cum multi verbum dei suscepissent. Iudęi hoc cognito, venerunt illuc cōmouentes multitudinem & turbantes: statimq; Paulum dimiserunt fratres, & per mare deduxerunt Athenas.

Apud Corinthū quoq; instabat verbo Paulus, testificans Iudęis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem illis & blasphemātibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. Act. 18.

Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudęi in Paulū, & adduxerūt eū ante tribunal, dicentes, quod hic homo contra legem persuadet hominibus colere deum. Act. 19

Exeunte Paulo Epheso, & fiducialiter loquēte verbum dei, multa ibidē miracula faciēte. Demetrius quidam argentarius, faciens ædem Dyanæ, conuocatis artificibus, concitauit maximam turbationē aduersus Paulū, quē dicebat auertere turbā à cultu deorū. His auditis repleti sunt ira, et clamauerunt, dicētes: Magna Dyana Ephesiorū. Act. 20.

Paulo nauigante de Græcia in Syriam, factæ sunt ei insidię à Iudęis, habuitq; consilium, vt reuerteretur per Macedoniam, comitati sunt autē eum multi fratres de diuersis locis.

Quidā Iudęi Assyriani, cum vidissent in tēplo Paulū, concitauerunt omnē populū, & iniecerūt manus in eū, clamātes. Viri Israelitę adiuuate. Et apprehendentes Paulū, trahebant extra templū. Quærentibus autem illis occidere, nuntiatum est tribuno, quod tota confunderetur Hierusalē: qui assumptis militibus, decurrit ad illos. Vidētes autem tribunum & milites, cessauerunt percutere Act. 21.

Paulum. Tunc apprehendit tribunus eum, & iussit alligari catenis duabus.

Act.22. Vociferantibus Iudæis aduersus Paulum, & proijcientibus vestimẽta sua & puluerem iactantibus in aerem, iussit eum tribunus duci in castra, & flagellis cædi, & torqueri, vt scirent propter quam caussam acclamarent ad eum.

Act.23. Cum esset Paulus à Tribuno detentus, Iudæi plus q̃ quadraginta dixerunt principi sacerdotũ: Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos donec occidamus Paulum. Nunc ergo faciatis vt adducatur, & nos priusq̃ appropinquat, parati sumus occidere. Sed tribunus à nepote Pauli monitus, fecit eum ad Felicem prȩsidem cũ manu forti & cautela deduci.

Act.25. Existens coram Felice præside Paulus, fuit à Iudȩis tanquam seditiosus & pestifer accusatus: qui cum eum & Iudæos frequenter audisset, & tempus ita trãsiisset, habuit quendam Festum nomine suo loco Cȩsarȩȩ successorem. Volens autẽ Felix gratiam prȩstare Iudæis, reliquit Paulũ vinctum, à quo iudice Festo, Paulus sentiens se grauari, Cȩsarem appellauit.

Act.27 & .28 Postea (suple post appellationẽ) Romã catena vinctus, & tẽpore hyemali naufragium passus, multas tribulationes & angustias tolerauit.

Act.14 Paulus & Barnabas hortabantur vt permanerent in fide: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

2. Cor.1 De seipso scribens Apostolus ait: Nolumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, qua supra modũ grauati sumus, supra vires nostras, vt tȩderet nos etiam viuere.

2. Co.7 Cũ venissemus Macedoniã, nullã requiẽ habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus

ſumus. Foris pugnæ, intus timores.

Commendans Apoſtolus Theſſalonicenſes, Vos imitatores noſtri facti eſtis & domini, accipientes verbũm in tribulatione multa, cum gaudio ſpiritus ſancti. 1. Teſſ. 1

Ab aduentu ſpiritus ſancti in diſcipulos, vſq; ad tempus illud, quo ſub Domitiano Ioãnes apoſtolus fuit exilio relegatus, fluxerunt anni circiter 50. nec toto illo tempore legitur, tot & tantas cõſolationes diuinas habuiſſe, quot habuit modico tempore quo tribulationem perpeſſus eſt: ſicut apparet Apoca. 1. Apoc. 1. et per totum

CAPVT CXII.

De multitudine malorum.

CVm factum fuit diluuium, octo homines tantũ ſaluati ſunt. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Gen. 3. 6

Plures fuerunt filij Iſrael, q̃ filij Iſaac. Et plures filios ſuſcepit Abraham de Agar, quàm de Sara. Gen. 25

In quinq; ciuitatibus Sodomorum, non erant inuenti decem iuſti, ergo erat ibi multitudo malorum, & paucitas bonorum. Gen. 19

Inter omnes fratres Ioſeph non fuerunt niſi duo, Ruben & Iudas, qui laborauerunt ipſum liberare: ſed præualuerunt mali. Gen. 37

Moyſes, exploratores miſit ad conſiderandũ terram promiſſionis: ſed duo tantum erant boni (ſcilicet) Caleph & Ioſue. Num. 13

Sexcenta millia pugnatorum numerati fuerũt De quibus duo tantum Caleph & Ioſue intrauerunt terram promiſſionis. Num. 1

Plures fuerũt cũ Abſalon, regnũ patris vſurpare nitente, q̃ cum Dauid bene & iuſte regnante. 3. Re. 15

Maior pars filiorum Iſrael fuit in regno Samariæ 2. Re. 12

mariæ, quia decem tribubus, vbi erant homines multo peiores, minor autem in regno Hierusalē, quia duæ tantum tribus.

3. Re. 20 Tātus erat numerus bellatorū regis Syriæ, q̄ pugnabāt contra Israel, quia dicebat ipse rex: Puluerem Samariæ non sufficere pugillis eorum.

Iudith. 2 In exercitu Holofernis tantus erat numerus bellatorum, quod cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ.

Hier. 44 Omnis populus habitantium in terra Ægypti & mulieres, quarum stabat multitudo grādis, sacrificabat dijs alienis.

1. Mac. 9 Nō remanserūt cū Iuda Machabæo nisi octingēti viri, & erāt in exercitu Bacchidis & Alchini proditoris. 10000. virorū, & duo millia equitum.

Ioan. 19 Cū esset in Hierusalē tēpore paschali, quo passus est domin9, maxima populi multitudo, & nō est inuentus vir, qui se opponeret manifeste, morti tam nequiter procuratæ. Clamauerunt enim omnes: Non hunc dimitte, sed Barrabam.

Act. 28 Quidam Iudæi, quos inuenit Paulus Romę in primo aduentu suo, dixerūt ei: De secta hac Christianorum notum est nobis, quod vbiq; ei contra dicitur

CAPVT CXIII.

De bonis latentibus inter malos.

Gen. 7 QVamuis scriptum sit, Omnis caro corruperat viam suam, tamen dixit Dominus ad Noë: Te vidi iustum coram me, in generatione hac.

Gen. 13 Loth iustus habitauit in medio Sodomorum.

Gen. 39 Ioseph in Ægypto, castam & fidelem vitam duxit.

Exo. 3 Apparuit dominus Moysi in terra Madian, cū oues soceri sui Iethro pasceret in deserto.

Samuel

Samuel inter filios Heli pessimos, sanctus & innocens fuit. 1.Re.2

Sub Achab & Iezabel Helias omnes se solo excepto reputabat idololatras: sed dixit ei per responsum dominus: Relinquã mihi. 7000. virorũ, quorũ genua non sunt curuata ante Baal. De quo etiam ad Roma. 11. An nescitis &c. 3.Re.19

Tobias natus fuit ex tribu Neptalim sub regno Samariæ, in quo ferè omnes putabantur idololatria & vitijs diuersis infecti, Vnde iste in captiuitate positus viã veritatis non deseruit. Tob.1.

Mardochæus erat visus, vbi quasi omnes adorabant Aman superbissimum, ipse vero Mardochæus genua non flectebat. Esth.3.5

Sanctus Hiob gentilis fuit, & de Esau dicitur descendisse, quẽ tamen constat fide & moribus mirabiliter claruisse, qui de seipso dicebat. Frater fui draconum, & socius struthionum.. Hiob.2

Hieremias propheta erat cum populis qui remanserant in Iudæa post destructionem Hierusalem, qui pro ipsis orabat, & ipsis voluntatẽ domini monstrabat. Illi vero dicebant: Mendaciũ tu loqueris, non te misit dominus, sed Baruch incitabat te aduersus nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum. Hier.43

Dixit dominus Ezechieli: Tu fili hominis, ne timeas eos, quoniam increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Ezech.2

Daniel, Ananias, Azarias, Misael habitauerunt cum Chaldæis idololatris, qui eos ad idololatriam inducere, & à cultu veri dei retrahere laborauerunt. Dan.3.6 &.14

Susanna fuit castissima in Babylone, vbi senes presbyteri erant impudici, & iudices iniqui. Dan.13

Videbatur tempore Antiochi Epiphanis, ꝙ Iudæi 2.Ma.3

Iudæi erant ad ritum gentiũ trãslati, sed inuenti sunt, Mathathias, & filij eius Eleazarus, & multi alij, in lege dei valde stabiles & firmi.

Mat. 13 Commendans dominus fidem & deuotionẽ Centurionis de Capernaum dixit. Quod nõ inuenerat tantam fidem in Israel.

Ioan. 3 Nicodemus princeps Iudæorum venit ad Iesum nocte & plane confessus est. Rabbi. Scimus quia à deo venisti magister.

Ioã. 20 Postea crucifixo domino, venit ad sepeliendũ eum portans. 100 libras vnguenti pretiosi.

Mar. 15 Ioseph nobilis decurio ab Arimathia discipulus erat Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, deposito tamen metu, audacter intrauit ad Pilatum, & deuotam petitionem fecit, petens corpus Iesu ab indeuoto tyranno.

Act. 5 Honorabilis doctor Gamaliel legis, erat Pharisæus, & dedit bonum & nobile consilium, pro apostolis, principibus sacerdotum.

Act. 10 Vir quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, religiosus & timens deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas plebi & deprecans dominum semper.

CAPVT CXIIII.

De mobilitate populi.

Exo. 4. 5 REdiẽs Moyses de terra Madian in Ægyptũ, narrauit oĩa verba domini, pro quibus miserat eũ, Sequitur: Credidit populus. audierũtq; q̀ sanctificasset Dominus filios Israel et proni adorauerunt. Postea vero cũ essent afflicti ab exactoribus Pharaonis, dixerũt Moysi & Aaron: Videat dñs & iudicet, quoniã fœtere fecistis odorem nostrũ coram Pharaone & seruis eius, et præbuistis eis gladium, vt occiderent nos.

Exo. 14 Cum post multas Ægypti plagas, ditati, & armati

armati egrederentur filij Israel de Ægypto, domi no præcedente, & viam etiam eis per nubem & ignem ostendente, viderunt Ægyptios post se venientes, & timuerunt valde, & dixerūt ad Moysen: Forsitan nō erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos, vt moriamur in solitudine. Deinde cōfortati sunt per Moysen quum dominus mare rubrum diuisisset, & populus sicco pede transisset, submersus est exercitus Pharaonis, & timuit populus dominum, & crediderūt domino & Moysi seruo eius, dicentes: Cantemus domino gloriose & cæt. Exo.15

Satis aūt cito post veniētes in Marath, murmurauit populus propter aquas nimis amaras, quibus per lignū appositum dulcoratis, cōsequenter murmurauerunt pro defectu cibi, dixeruntq; ad Moysen & Aaron: Vtinam mortui essemus in Ægypto, quando sedebamus super ollas carniū, & cæt. Et misit Dominus vespere coturnices, & manna pluit eis de cœlo mane. Exo.16

Post hoc cum daturus esset eis legē, dixerunt: Cuncta quæ loquutus est dominus faciemus. Exo.19

Cum narrasset eis Moyses verba & præcepta, quæ à Domino acceperat, similia verba dixerunt. Exo.23

Cum autem moram faceret Moyses in monte cum domino in descriptione tabernaculi, congregatus est populus aduersus Aaron, & ait: Fac nobis deos, qui nos præcedant. Exo.32

Deinde cū erectū esset tabernaculū, & factæ oblationes principū, post numerationē bellatorū & Leuitarū, cum essent oīa ordinata, quomodo debebāt proficisci in via, post modicū ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore. Num.11

Post modicum audita relatione exploratorū murmu Num.13 &.14

murmurauit populus & fleuit, dixitq; alter ad alterum. Constituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum.

Eodem Audientes quod displicuit domino murmur eorum, voluerunt ascendere montem & contra voluntatem Moysi pugnare, & tunc fuerunt ab hostibus debellati.

Num.16 Rursus in seditione Chore multi surrexerunt contra Moysen & Aaron, quibus terribiliter castigatis murmurauit etiam multitudo filiorum Israel contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum domini. Cumq; oriretur seditio & tumultus cresceret &c.

Num.17 Cum autem per miraculum virgæ Aaron cõpescuisset eos dominus, dixerunt: Ecce consumpti sumus, & omnes perimus, quicunq; accedit ad tabernaculum domini, moritur.

Num.20 Vlterius procedẽtes venerũt ad aquas cõtradictionis, vbi taliter iurgati sunt aduersus Moysen & Aaron, ꝙ ipsi etiã diffisi sunt de diuina virtute: Propter quod & puniti sunt à domino.

Num.25 Postea fornicatus est populus cũ filiabus Moab, quę vocauerũt eos ad sacrificia sua: & initiatus est Israel Beelphegor. Et præcepit dominus principes suspendi contra solem in patibulis.

Iudic.8 Cum liberasset Gedeon populum filiorum Israel de manu Madian, & occidisset Zebee & Salmana, dixerunt omnes filij Israel ad eum: Dominare nostri tu & filius tuus & filij tui. Ipso tamen mortuo, cum haberet septuaginta filios, nullum de ipsis assumere in dominum & principẽ curauit.

1.Re.8 Samuel propheta liberauit populum Israel de manu Philisthijm, & recuperauit vrbes, quas illi abstulerunt Israeli, postea congregati sunt, & petierunt

tierunt regem ſibi conſtitui contra voluntatem domini & Samuelis.

Quamuis Dauid ita bene populum rexiſſet, et tot victorias habuiſſet, tamen ſatis cito facta eſt coniuratio valida contra eum. Populus vero concurrens augebatur cum Abſalom. 2. Re. 15

Notandum vero cum redierat Dauid in Hieruſalem, & populus illuc certatim volebat eũ reducere cum honore. Sed pro eo, quod viri Iuda loquuti ſunt cum illis de decem tribubus, ſeparatus eſt omnis Iſrael á Dauid, ſequutuſq; eſt Sebã filium Bochri. 2. Re. 20

Sub Salomone filij Iſrael temporalium rerũ abundantiã habuerũt, & honore maximo floruerũt, cũ tamen á filio ſuo pro maiori parte, occaſione vnius duri verbi, citius receſſerunt. 3. Re. 12

Audiẽtes filij Iſrael terribilem potentiã Holofernis præoccupauerũt omnes vertices montiũ, & muris circũdederũt vicos ſuos, & cõgregauerũt frumenta in præparationẽ pugnæ. Poſtmodũ cum vidiſſent ſe artari ab exercitu, cõgregati ſunt ad Oziã omnes ſimul, & dixerunt: Iudicet dominus inter nos & te, quoniam feciſti in nos mala nolens loqui pacifice cum Aſſyrijs. Iudith. 7

Cum compleſſet Hieremias verba, quę præceperat ei dominus, vt loqueretur ad populum, apprehenderunt eum ſacerdotes & omnis populus, dicentes: Morte moriatur: Et poſt pauca dixerunt principes & omnis populus ad ſacerdotes: Non eſt viro huic iudicium mortis. Hier. 26

Acceſſerunt omnes á paruo vſq; ad maximũ ad Hieremiã propheram, & dixerunt. Omne verbum, in quo miſerit te Deus ad nos, faciemus, ſiue bonum, ſiue malum. Cumq; poſt decem dies intimaſſet eis Hieremias Domini voluntatem, dixerũt Hier. 42 &. 43

xerunt ei: Mendacium tu loqueris, non misit te Dominus, sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, & non audiuit vniuersus populus vocem domini &cæ.

Dani.13 Cito credidit duobus presbyteris senibus multitudo, & condemnauerunt Susannã ad mortem: & paulo post. Reuersus est populus cum festinatione, & consurrexerũt aduersus duos presbyteros, et fecerunt eis, sicut male egerant aduersus proximum.

1. Ma.13 Cognouit Simõ, ꝙ Tryphon cũ dolo loqueretur, petẽs duos filios Ionathę, & centũ talenta argenti, iussit tamẽ dari, ne inimicitiã magnã sumeret ad populum Israel, dicentẽ: Quia non misit argentũ & pueros, propterea periit.

Luc. 4 Cũ quadã die esset dominus in ciuitate Nazareth, & dicerẽt ei Iudæi, satis bono modo, vt faceret ibi miracula, sicut ĩ Capernaũ fecerat, post modicã increpationem, quã dixit eis, repleti sunt ira, & eiecerunt eũ extra ciuitatẽ, & voluerunt eũ præcipitare de supercilio montis.

Ioan.6 Quãdo satiauerat dñs quinq; millia hominũ, de quinq; panibus & duobus piscibus, voluerũt eum rapere, & facere regem. Cito autẽ post cœperunt increduli disputare, & quærere: Quod signum facis, vt credamus tibi?

Mat. 21 Luc. 19 Ioan.12 Videntes illi de populo Iudæorum Lazarum suscitatum, & multa alia facta miracula per Dominum Iesum, venerunt ei obuiam cum magno honore. At tamen in sero circunspectis omnibus non inuenit, qui eum ad hospitium inuitaret. De his narratur apud Matthæum .21

Luc.21 Mat. 23 Ioan.18 &,19 Ante quinq; dies paschę dñm Iesum recepit populus cũ magno tripudio et honore, et ꝑ hebdomadam omnis populus erat suspensus ad verba eius

ba eius, & mane veniebāt ad eum in templo audire eum, feria vero sexta, in die Parasceue, clamauerunt omnes: Crucifige eum.

Acta voce spiritus vehemētis super discipulos venientis, conuenit multitudo & mente confusa est. Quidā autē irridebant, dicētes: Quia musto pleni sunt isti. Instans autē Petrus, loquutus est eis multa, discipulos excusans, & verba Iohelis allegans, quibus auditis, sunt corde compuncti, petentes quid facere deberent. Et baptizati sunt illo die circiter. 3000. hominum. Act. 2.

Quodā Sabbato pene vniuersa ciuitas cōuenit audire verbū domini, quod Paulus & Barnabas prędicabāt. Iudæi aūt contradicebāt blasphemātes. Tandē Paulus & Barnabas conuersi sunt ad prædicandū gentibus, & audientes gentes gauisæ sunt. Paulo post Iudæi cōcitauerunt religiosas mulieres, & primos ciuitatis & excitauerūt persequutionē in Paulum & Barnabā, & eiecerunt eos de finibus suis, & illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Act. 13

Cū Paulus & Barnabas essent Lystris ciuitate Lycaoniæ, & quidā claudus per Paulum fuisset curatus, & turbæ ipsos esse deos clamabant, & eis sacrificare volebant, at illi dicentes se esse mortales, sedauerunt turbas, ne sibi immolarent. Superuenerunt autē quidam Iudæi, & persuasis turbis lapidantesq; Paulum, extraxerunt extra ciuitatem, existimantes eum esse mortuum. Act. 14

Quidam quæstuarij habentes vnam mulierē cum spiritu Phytonico, à qua Paulus eiecit dæmonium: ita concitauerunt principes & magistratus ciuitatis, quòd factus est populi concursus aduersus Paulum & Silam socium eius, & scissis eorū tunicis, fuerunt virgis cæsi, & in carcerem missi, Act. 16

ac pedes ligno ſtricti. Et in ſequenti die fuerũt rogati recedere.

Act.19. Paulo apud Epheſum exiſtẽte, & multa ibidẽ miracula faciente, Demetrius quidã argentarius, faciẽs ædes argenteas Dianæ, cõuocatis artificibus, concitauit tantã turbationem in ciuitate, qđ tota impleta eſt confuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, & tamen plures neſciebant, qua ex cauſſa conueniſſent. Tunc fuerũt in magno corporum periculo Paulus & ſocij eius, ſed ſcriba populum pulchrè alloquens, & diſcrete ſedauit, & ad propria remiſit.

Act.23. Quadam die tanta fuit in Hieruſalem aduerſus Paulum turba, & populi concurſio, quod percutiebant eum, & extrahebãt extra templũ, & vix potuit eripi à tribuno cohortis, qui cũ militibus ſuperuenit. Poſtea vero cum narraſſet, quæ ei acciderant, cuncti de Damaſco leuauerunt vocẽ, dicentes: Tolle de terra eius memoriam, nõ enim eſt fas eũ viuere. Sequenti autem die exclamauit Paulus in cõcilio: Viri fratres ego Phariſæus ſum filius Phariſæorum, & facta diſſentione inter Phariſæos & Saducæos, ſoluta eſt multitudo, & ſurgentes quidam Phariſæi pugnabant, dicẽtes: Nihil mali inuenimus in homine iſto, quod ſi ſpiritus loquutus eſt ei aut Angelus, ne repugnemus Deo.

Act.28. Dũ calefaceret ſe Paulus ad ignẽ poſt naufragium tẽpore hyemali, vipera à calore procedẽs inuaſit manus eius, qđ videntes Barbari, ad inuicem dicebãt: Vtiq; homicida eſt homo hic, qui cũ euaſerit de mari, vltra eum viuere nõ ſinit. Paulus aũt beſtiã excutiens in ignẽ, nil mali paſſus eſt. Illi vero videntes, nihil mali in eo fieri, dicebant eũ deũ eſſe, cito mutauerunt opinionem.

Capus

CAPVT CXV.

De operatione bona.

POsuit deus hominem in Paradyso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et post emisit eum dominus deus de Paradyso voluptatis, vt operaretur terrã, de qua natus est. Cap. 3. & sic nota quod deus hominem voluit operari in statu innocentiæ, & post peccatum. Gen. 2.

Tẽpore quo solent reges ad bella procedere Dauid in domo sua remansit, & in illo otio adulterium cum proditione commisit. 2. Reg. 11

Salomon ædificat domum Dei & domum suam. Sed nota, quod prius domum Dei, & licet opus esset maius, tamen in minori tempore com pleuit omnia. 3. Re. 6. 7

Egerunt hi, qui operabantur industriè, & suscitauerunt domum dei in statum pristinũ, & firmiter eam stare fecerunt. 2. Par. 24.

Hezechias rex Iuda operat9 est bonũ & rectũ & verũ corã dño, volens requirere dominũ in toto corde suo, Fecit, & prosperatus est. 2. Par. 31

Anno secundo reditus filiorum Iuda de Babylone, cœperunt fundare templum: Iosue vero filius Iosedec & fratres eius instabant super eos, q faciebant opus. 1. Esd. 5

Præcepit rex Darius, vt ædificaretur domus domini in Hierusalem, & daretur sumptus de arca regis, ne impediretur opus. 1. Esd. 6

Nota, quod opera quæ fecerunt filij transmigrationis in fundatione tẽpli, & in ædificatione muri ciuitatis, multos habuerunt impeditores, vt patet. 2. Esd. Esdræ & Neemiæ per totum

Vidit Deus opera Niniuitarum, & misertus est eorum. Ionæ. 3.

Mat.20 Ociosi arguuntur operarij, si ad mercedem vocantur.

Mat.25 Seruus qui accepit quinque talenta, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque, commendatus est à domino. Similiter & qui duo acceperat, & lucratus est alia duo. Alius autem, qui vnũ accepit, & non multiplicauit, & inutiliter reseruauit, reprobatus fuit.

Luc.24 Illi duo discipuli, qui secum manere Dominũ coëgerunt, quàm diu fuerunt cum eo, in verbis non cognouerũt eum, sed in opere hospitalitatis & fractione panis.

Mar.14 Opus Mariæ Magdalenæ, quando vnxit Dominum recumbentem, frementibus discipulis ab ipso domino approbatum est.

Ioan.8. Laudabilia opera patrumà filijs imitanda esse ostendit, dicens: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

2. Co.9 Opera bona comparat Apostolus semini, de quo satis modicum iacit, & multum metit. Qui parce seminat, parce & metet.

2. The.3 Grauiter reprehendit Paulus Thessalonicenses ociosos, licet ipsos alias commẽdaret. Qui nõ vult operari, non manducet.

Act.9. Tabitha erat Christi discipula, plena operib9 bonis & eleemosynis, quas faciebat: Ideo ipsa mortua, multi fuerunt moti ad rogandum Petrũ pro ea, quod suscitauit eam.

Act.10 In omni gente, qui timet dominum operatur iustitiam, acceptus est illi.

Act.18. Apud Corinthios manebat Paulus cum Aquila & Priscilla, quia eiusdem artis erat, & operabatur.

CAPVT CXVI.

De recta intentione habita in opere.

Occidit

OCcidit Cain Abel fratrem ſuum: Dauid Goliad: Ioab Abner & Amaſiam: Herodes Antipas Ioannem Baptiſtam: Agrippa Iacobum. Petrus autem ſolo verbo Ananiam & Saphiram. Sed conſidera varias intentiones & cauſſas.

Abraham riſit in promiſſione filij naſcituri. Sara quoq; riſit: ſed riſus Abrahæ fuit commendatus, Saræ vero reprehenſus. Gen. 17. 18

Dixit Pharao: Peccaui &cæ. Exod. 9. Dixit Saul. Peccaui &cæ. 2. Reg. 12. Hoc ipſum dixit Manaſſes. 2. Paralipo. vltimo. Dixit Iudas etiā ſe peccaſſe. Matthæi. 27. Sed affectiones & intentiones cordium valde diuerſæ fuerunt.

Similia fere verba dixit Moyſes in Raphidim quando petijt populus aquā ad bibendū. Exod. 17 Et ad aquas contradictionis. Numeri. 20. Sed prima vice non hæſitauit in corde. Secunda vero, ſicut patet ex pœna, quæ ſequuta fuit. Exo. 17

Filij Ruben & Gad & dimidia tribus ædificauerunt altare: ſed longe alia intentione, quàm crederent alij filij Iſrael. Ioſue, 22

Cōmendauit dominus multū bonā voluntatē Dauid, quā habuit de ædificatione tēpli, licet noluerit templum, quod ædificaretur per eum. 2. Re. 7

Miſit Dauid pro Vria, qui erat in exercitu nō vt ille qui efferret, ſed vt ipſe peccatum, quod cū eius vxore commiſerat, occultaret. 2. Re. 11

Ornauit ſe Iudith valde curioſe, ſed omnis illa compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat (ſcilicet) ad liberandum populum Dei de manibus peſſimi inimici. Iudith. 18

Quod Mardochæus Aman nolebat adorare vel coram eo genu flectere, non faciebat, pro inobedientia, vel contemptu, ſed quia diuinum ho- Eſther. 4

norem nolebat homini mortali deferre, ſicut ipſe teſtatur.

Mat.2 Dixit Herodes Magis, vt quum puerum inue niſſent, renunciarent ei, vt & ipſe adoraret eum: ſed valde aliud intendebat, & aliud prætendebat.

Mat.9 Prohibuit Dominus cæcis illuminatis duobus ab eo, ne quis hoc ſciret: & tamen ſequitur. Illi diſ famauerũt eum in tota terra illa, nec tamen illi ar-guuntur transgreſſionis.

Mat. 5 10.19 Signanter addit dominus finẽ, & intentionẽ quam quiſq; debet habere bona faciendo vel ma la patiẽdo. Beati eritis cũ maledixerint vobis ho-mines &c. propter me, vel propter nomen meũ. Item quicunq; potum dederit aquæ &c. Qui de-reliquerit domum &c. Mat.19

Mat.5.7 Eleemoſynã dare & ieiunare præcepit domi-nus nõ propter homines fieri, ne contingat tam bona opera, praua intentione corrumpi.

Luc.14 &.16 Ioan.6 Quidã ſequebantur dominũ, vt eum nequiter obſeruarent: Aliqui, vt de panibus eius manduca rent: Alij, vt ipſe, vel eorũ amici à lãguoribus ſa-narentur: Alij vero, vt æternaliter ſaluarentur.

Herodes multo tẽpore cupiebat videre Ieſum ſed nõ cauſſa pietatis, ſed quia ſperabat ſignũ ali-q̊d ab eo fieri, & ideo nil profuit ei videre Ieſum.

CAPVT CXVII.

De acedia, vel negligentia.

Gen.42 AVdiẽs Iacob q̃ alimẽta vẽderent in Ægy pto, dixit filijs ſuis: Quare negligitis? De-ſcendite & emite nobis neceſſaria.

Num.11 Panẽ angelorũ habebãt filij Iſrael in de ſerto, & tñ excęcati deſiderabãt cibos Ægypti.

Eodem Acedia vel tædiũ, homini eſt cauſſa impatiẽtię & carnalis deſiderij, et cauſſa multiplicis mẽdacij ſicut patet Numeri. Recordamur piſcium &c.

Profectũ

Profecti sunt filij Israel de monte Hur & tæde re cœpit populum itineris & laboris, loquutusq; contra dominum & Moysen ait. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrē misit Dominus in populum ignitos serpentes. Num. 21

Negligenter custodiebat Abner dominum suum Saul. Nam quando Dauid venit ad castra eius neminem reperit vigilantem. 1. Re. 26

Dormiens fuit percussus Isboseth filius Saul & occisus. 2. Re. 4

Tēpore quo solēt reges ad bella procedere remāsit Dauid in domo: vbi graue adulteriū & grauissimū homicidium hac occasione cōmisit. 2. Re. 11.

Placuit Ioas regi Iuda, vt instauraret domum domini, & præcepit Leuitis, vt circa hoc essent soliciti. Porro Leuitæ egerunt negligentius, qua de caussa rex arguit Ioiada sacerdotem. 2. Par. 24.

Cum dormirent homines, venit inimicus, & superseminauit zizaniam in medio tritici. Mat. 13.

Arguuntur ociosi, & remunerantur operarij. Mat. 20.

Facta tēpestate in mare Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui, & accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum. Ionæ. 1.

Dure reprehendit dominus seruum malum et pigrum, qui multiplicare neglexit commissum sibi talentum. Mat. 25

Virgines dormitātes, quarū lāpades non fuerūt prius ornatæ, fuerunt postea à nuptijs exclusę Eodem.

Valde videntur fuisse acediosi discipuli hora illa, postquam rogati à Domino vigilare, continuo dormiebant. Mat 26 Mar. 14

CAPVT CXVIII.

De pueris bonæ indolis.

Gen.2. NOn legitur Isaac murmurasse vel fugisse, quando eius pater ex præcepto Domini ipsum voluit immolare.

Gen.37 Ioseph accusauit fratres suos apud patrẽ crimine pessimo, q̃d erat in eo signũ detestationis peccati, & patri dicẽti: Veni mittã te ad fratres tuos: obediẽter respõdit: Præsto sum & cæt.

1.Re.2.3 Samuel adhuc puer, erat minister in conspectu domini, vbi erat arca dei:

1.Re.16 Quando debuit in regem inungi Dauid, erat in agro paruulus, & pascebat oues, tanquam patri obediens humiliter & abiecte.

Ioas filius Ioram regis Iuda, puer septẽ annorũ, cũ regnare cœpisset, fecit quod bonũ erat corã domino, cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis.

4.Re.22 Octo annorũ erat Iosias, cũ regnare cœpisset, fecitq; quod placitũ erat corã Domino, & tamen pessimos patrem & auum habuerat.

Tob.1 Tobias cum esset minor omnibus in tribu Neptalim, nil tamen puerile gessit in opere. Et idem cum postea filium genuisset, ipsum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

Dan.1 Sine propheta, sine sacerdote, sine magistro, Daniel et tres socij eius legẽ Dei obseruãtes sobrie, et iuste, et pie, vixerũt inter pueros gentiles

2.Ma.7 Fratres illi. 7 adolescentes miram sapientiam in responsionibus, et patientiam in tribulationibus habuerunt.

Luc.2 Beatus Ioannes Baptista puer crescebat et cõfortabatur spiritu, et erat in deserto vsq; ad diem ostensionis suæ ad Israel.

Eodem Saluator noster puer duodenus existens in carne inuẽtus est in tẽplo in medio doctorum, audiens illos et interrogans. Deinde descendit cum

Maria

Maria & Ioseph, & erat subditus illis.

CAPVT CXIX.

De societate bonorum.

COnsiderandum est valde, quod si inuenti fuissent decem viri iusti in quinq; peccatricibus ciuitatibus, propter illos pepercisset dominus vniuersis. Gen. 8.

Dixit Iacob ad Laban: Modicum habuisti antequam venirē ad te, & nūc diues effectus es, benedixitq; tibi dominus ad introitum meum. Gen. 30

Benedixit dominus domui Aegypti propter Ioseph, & multiplicauit. Gen. 39

Bene fuit associatus Iacob, qui dixit. Faciamus altare dño, quoniā exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit socius itineris mei. Gen. 35

Seruiuit Israel Domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui nouerant omnia opera domini, quę fecerat in Israel. Iosue. 24

Filij Danielis ceperunt Lachis, & occiderunt homines, qui cum nullo hominum habebāt quicquam societatis. Iudic. 18

Ex parte Saulis missi sunt lictores ad capiendū Dauid, morantem cum Samuele & alijs prophetis qui prophetare cœperunt, & venit Saul & prophetauit ipse cum eis. 1. Re. 19

Propter honorem Iosaphat regis Iuda Deum colentis, Elisęus propheta impetrauit aquas dari exercitui, in quo erant duo alij mali reges. 4. Re. 3

Homines Deum timentes, volebat habere secum Tobias in conuiuio, & hoc ipsum docuit filium suum. Nolite manducare cum peccatoribus Idem diligenter voluit scire, cum quo iturus esset filius. Cap. 5. 9. Tob. 2. 4

Dicebat vxor Tobiæ iunioris: Nunquam cū ludentibus miscui me, nec cum his qui in leuitate Tob. 3

ambulant participem me prębui.

Dan.2. Audito crudeli mandato regis Nabuchodonosor, quod debebant interfici cuncti sapientes Babylonis, clamauerunt ad socios suos, vt quęrerent simul misericordiam à domino, & reuelata est nocte visio Danieli. Vnde occasione Danielis serui sui pepercit rex magnis & sapiētib9 Babylonis.

1.Mac.9 Post obitum Iudæ Machabæi, emerserunt iniqui, & facta est fames valida, & impios constituit Bacchides dominos regionis. Et facta est tribulatio magna in Israel, quæ omnia mala forsitan non fuissent, si adhuc Iudam socium ac dominū habuissent.

2.Mac.7. Cum primus illorum septem fratrum in sartagine torreretur, cęteri cum matre ad moriendū fortiter se inuicem hortabantur.

2.Mac.12 Veniebat Iudas Machabęus ad capiēdā Schythopolim ciuitatē, sed propter Iudæos qui intus habitabāt, erga quos Schythopolitę benigni erāt nil eis mali fecit. Imo gratias agens hortatus est eos de cętero, erga genus suum benignos esse.

Mar.26 Mar.14 Luc.22 Ioan.18 Quandiu Petrus fuit cum Apostolis, fixus & securus mansit, sed quando in atrio summi sacerdotis, cum ministris illius calefaciens se ad ignem dominum negare incœpit.

Ioan.9. Statim qñ cęcus natus à dño illuminaretur fuit extra synagogā à Pharisæis eiectus, à benigno domino Iesu inter suos fideles receptus est.

Act.2 Cū essent oēs discipuli pariter pseuerātes vnanimiter in oratione, venit spiritus sanctus in eos, & ipsos inęstimabiliter roborauit & docuit.

Eodem De fidelibus qui erant in ecclesia primitiua dicitur: Omnes qui credebant erant pariter & habebant omnia communia. Sequitur. Sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis,

collau-

collaudantes dominum, & habentes gratiam ad omnem plebem.

Post conuersionem suam Saulus veniens Hierosolymam tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant et fugiebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas vero apprehensum illum duxit ad Apostolos &c. Act.9

Homines qui erant cum Paulo in naui grauissimę tempestatis, occasione ipsius Pauli, quem habebant secum in socium, fuerunt omnes saluati. Nam dixit ei angelus domini: Ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. Act.23

CAPVT CXX.

De societate malorum.

SAlubriter exiuit Abraham de Chaldea, vbi erāt homines corrupti idololatria, vnde postea hoc pro beneficio dominus commemorat, dicens: Ego dominus, qui eduxi vos de Hur Chaldæorum. Gen.11.15

Non solū corpore sed etiā cogitatione & affectione est patria relinquenda. Vnde dixit Dñs ad Abrahā, cū iam corpore existeret, egredere de terra tua &c. Nota promissiones ibi factas. Gen.12

Quamdiu fuit Abraham cum peruersis hominibus in Hur Chaldęorum, non legitur ei dominus apparuisse, licet bonus fuisse credatur. Sed postquam inde exiuerat legitur multoties diuinis apparitionibus fuisse visitatus. Gen.13. 15.17.18

Iniurias & iacturas passus est Loth à pessimis Sodomitis cum quibus habitabat, vel ipsorum occasione. Gen.13.19

Quàm male sit malorum consuetam societatē dimittere, patet per Loth, qui de medio Sodomorum vix per angelum extrahi potuerit. Eodem

Ludus Ismaelis cum Isaac, displicuit Saræ. Gen.21

Fugien-

Gen.28 Fugientem Iacob malum fratrem, Dominus multipliciter confortauit.

Gen.33 Noluit Iacob ambulare cum malo fratre, licet placasset eum muneribus, & ille satis instaret, & signa dilectionis ostenderet.

Num.16 Dixit Moyses ad turbam filiorum Israel: recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quę ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.

Num.33 Dixit dominus Moysi. Præcipe filijs Israel, vt intrantes terram Chanaan, disperdãt cunctos habitatores regionis illius. Si autẽ nolueritis interficere, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis & lanceę in lateribus.

Iosue.7 Occasione Achã, qui tulit de anathemate Hiericho, fuit populus in pręlio superatus.

Judic.19.20 Propter quosdã filios Belial, qui in vxorẽ Leuitę detestabile flagitiũ perpetrarunt, omnes filij Beniamin paucis exceptis, trucidati fuerunt.

Iudic.1.2 Noluerunt delere filij Israel habitatores terrę, sicut pręceperat eis dominus, sed percusserunt fœdus cum eis, & male accidit eis.

2.Re.13 Amicitia quam habuit Amnon filius Dauid cum Ionadab, dedit ei viam ad hoc quod Thamar sororem suam opprimeret.

2.Re.15 Rebellionẽ disponente Absalon contra patrẽ suũ, inierunt multi cũ eo simplici corde, licet contra Dauid nihil mali machinati fuissent, si cum bonis pacificis in Hierusalem remansissent.

2.Re.21. Propter quosdam superstites de domo Saul, facta est fames in terra, donec ad petitionẽ Gabaonitarum crucifixi fuerunt.

3.Re.22 2.Pa.19 Rex Iudæ Iosaphat, fuit fere occisus vadẽs cũ Achab ad prelium, & reprehensus fuit per prophetam domini dicentẽ: Impio prębes auxilium

& ijs qui

& ijs qui oderunt dominum amicitia iungeris, et scirco iram domini merebaris &c.

Ochozias rex Iuda ambulauit in vijs Achab, & fecit malum coram domino. Sequitur caussa. Gener enim erat regis Achab. 3.Re.10

Eliseus propheta dixit Iosaphat regi Israel. Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit dominus opera tua, contriteque sunt naues. 2.Par.20

Venit homo dei ad Amasiam regem Iuda, & ait: O rex, ne egrediatur exercitus Israel tecũ. Nõ enim est dominus cum Israel, quod si putes in robore exercitus bella consistere, superari te faciet deus ab hostibus. 2.Par.25.

Ædificantibus filijs Iuda templũ post reditũ de Babylone, hostes eorum voluerunt ædificare cum illis: Illi vero bono vsi consilio renuerunt. 1.Esd.3

Cum irẽt omnes ad vitulos aureos, quos Hieroboam fecerat, Tobias solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Hierusalem. Tob.1

Beatus Hiob dixit. Frater fui draconum & socius Struthionum. Hiob.30.

Cum dixisset Esaias: Vir pollutus labijs ego sum, caussam insinuans subdidit: In medio populi polluta labia habentis ego habito. Esa.6.

Dictum fuit Ezechieli. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Ezec.2

Mali nocent sibi inuicem. Nam duo senes ex hoc acceperũt audaciam accusandi Susannã, quia in eadem malitia conuenerunt. Dan.13

Quamdiu Iudas Machabęus confidens de diuino auxilio gessit bella pro populo suo, bene ei successit, cum vero constituit amicitiã & societatem cũ gentilibus Romanis, licet tunc potentissimis cito post superatus fuit, & in bello cecidit.

Simile accidit Ionathę fratri Iudę Capite duodecimo

decimo.1.Machab.

Matt.26. vt supra. Petrus existens cum discipulis in nocte cœnæ domini, multum erat audax & secutus. Cum autem venit ad atrium summi sacerdotis, dominum ad vocem vnius ancillę negauit.

Luc.18 Cæcus, secus viam sedens mendicans, clamabat ad dominum Iesum, & qui pręibant increpabant eum vt taceret.

Ioan.9. Non fuit inter fideles Christi numeratus cæcus ille natus, quem dominus videre fecit donec fuit de Synagoga à Pharisęis eiectus.

Num.22 Plures mali interdum in vnam malam societatem conueniunt, vt bonis inferãt nocumentum. Ita conuenerunt Balaac & Balaam ad maledicendum filijs Israel.

Iosue.10 Adonizedech rex Hierusalẽ & alij.4.reges, eo quod illi fecerant pacem cum Iosue conuenerunt aduersus Gabaonitas.

Iosue.11 Item Iabin rex Asor, & alij reges triginta contra Iosue & filios Israel.

Eodem Item quinq; Satrapæ Philistinorum, Cananæę, Sidonij & Euęi &c.

Item Madian & Amalech, & cęteri orientalium nationum.

Esa.6. Sic autẽ intelligitur illud Esaiæ: Requieuit Syria super Ephraim, id est, decem tribuum & rex Syriæ, concordauerant in vnum, ad regem Iudà funditus extirpandum.

Luc.2 Rursus in passione domini, Herodes & Pilatus facti sunt amici.

Phil.2 Philippenses commendat Apostolus dicens: In medio nationis prauę & peruersæ inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.

Act.2. Petrus Apostolus dixit quibusdam Iudæis, audientibus verbum Dei. Saluamini à generatione

tione iſta praua.

Proconſul Paulus deſiderabat audire verbum dei, ſed erat cũ eo Elymas magus pſeudopropheta Iudęus, qui reſiſtebat Paulo & Barnabæ, quęrens peruertere Proconſulem à fide. Act.13

Ciuitate Lyſtris homines tantæ ſimplicitatis erant, quod ipſi Paulum & Barnabã deos ad terram deſcendiſſe putabant. Cum autem vix ſedaſſet eos Paulus, & cœpiſſet eis viam oſtendere veritatis, ſuperuenerunt quidã Iudęi, qui ita perſuaſerunt turbis quod Paulus fuit ibi lapidatus, & quaſi pro mortuo derelictus. Act.14

Cũ verbũ dñi fortiter in Epheſo creſceret, & dominus per Paulum ibidẽ miracula faceret, quidam Demetrius faciens ædes argenteas Dianæ, conuocatis opiſicibus illius artis, ſeditionem contra Paulum concitauit. Act.19

CAPVT CXXI.

De proſperitate bona.

ABundantia rerum temporalium ſæpe fit multorum occaſio peccatorum: ſicut in illa regione, quę irrigabatur ſicut Paradyſus, in qua habitabant Sodomitę peſſimi. Gen.13

Gedeon cum paruus homo eſſet & in area frumentum excuteret, bonus fuit, & eum Angelus domini viſitauit, poſt obtentam victoriam male ſe habuit. Iudic.8

Saul antequam rex eſſet, bonus fuit, & poſtq̃ regni gubernacula ſuſcepit intumuit, & mandatum domini prętcriuit. 1.Re.15

Poſt multa bella & victorias de inimicis obtẽtas, Dauid remanẽs quietus in Hieruſalẽ, cõmiſit adulteriũ, & exinde ſequutũ eſt homicidium. 2.Re.11

Occaſione multitudinis ſubditorũ Dauid in ſuperbiam elatus eſt, & fecit populum numerari 2.Re.24

Sed no-

Sed nota q̃ grauiter fuerit punitus.

3.Re.10 3.Re.11. Non erat argentum alicuius pretij in diebus Salomonis, quia tanta erat in Hierusalem argenti abundantia, quanta est lapidum. Sed nota q̃ mirabile, & q̃ terribile fuit, quod plus nocuit ei rerũ copia, q̃ profuit tanta sapientia.

3.Re.12 Antequã Hieroboã haberet dominiũ super.10 tribus, non legitur fuisse malus. Sed magis adolescens bonę indolis & industrius, statim vero, vt regnũ adeptus est, fecit vitulos aureos, et auertit populum à deo ne auerteretur ab eo.

4.Re.14 Amasias rex Iuda debellauit contra Edom, & inde eleuatum est cor eius, & voluit contra Ioas regem Israel pręliari, sed male successit ei.

2.Par.12 Cum roboratum fuisset regnum Roboam, et confortatum, dereliquit legem domini, et omnis Israel cum eo.

2.Par.26 Cum roboratus esset Ozias rex Iuda, eleuatũ est cor eius in interitum suum. Ingressusq; in templum adolere voluit incensum.

2.Par.32 Manasses rex in Hierusalẽ fuit pessimus, postea in Babylone vinctus, et coangustatus, orauit dñm & egit pœnitentiã valde corã domino.

Neem.9 Comederunt, & saturati sunt, & impinguati, & abundauerũt delitijs in bonitate magna: prouocauerunt autem te ad iracundiam.

Tob.1.2 Quandoq; mũdana prosperitas multum multiplicat carnales amicos, & congregat quos aduersitas sępe fugat. Vnde Tobia à cęcitate sanato & ditato, venerunt consobrini eius ad eum, gaudentes & congratulantes ei, quod non leguntur fecisse quando prius erat cęcus, & vxor eius ibat ad textrinum opus.

Iudith.1 Post victoriã obtentã de Arphaxat rege Medorum, exaltatũ est regnũ Nabuchodonosor regis Assy

gis Assyriorum, & cor eius eleuatum est.

Quamuis Aman esset secundus à rege potentissimo Ahasuero, & haberet multas diuitias, & filios, & amicos, ita tamen torquebàtur, ex eo quod Mardochæus ei genua non flectebat, quasi nihil haberet. Esth.5.

Nota breuitatem illius prosperitatis: Quandiu durauit plaga Domini super Iob, licet venerint ad eum aliqui amici, fuerunt tamen ei consolatores onerosi, nec leguntur ei dedisse aliquid. Postquam autem addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia, venerunt ad eum omnes fratres eius, & cuncti qui nouerant, & cõsolati sunt: & dederunt ei vnusquisque ouem vnã & inaurem auream vnam. Iob.42

Statuam quam vidit Nabuchodonosor, quæ percussa à lapide abscisso de monte, redacta est in fauillàm, sàtis indicat prosperitatem mundanam nihil esse. Dan.2

Filij Zambri faciebant nuptias magnas, et venerunt Iudæi Ionatha duce, & occiderunt multos: conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox ipsorum musicorum in lamentum. 1.Mac.9

Ptolemæus rex Ægypti, Alexandro rege Syriæ debellato, & in Arabiam fugato, exaltatus est, & abstulit Gadiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolomæo, & rex Ptolemæus mortuus est die tertia. 1.Mac.11

Adolescens, qui quæsiuit à Christo quomodo posset habere vitam æternã, multas habebat possessiones, & iccirco abijt tristis, quando dominus dedit ei consilium perfectionis. Mat.9.

Petrus negauit Dominum in atrio principis sacerdotum. Matth.28.

Mat.21 Magnum festum fecerant Iudęi dño Hierusalem venienti, & circumspectis omnibus, cum iā vesperasset hora, exijt in Bethaniam, cum nō inueniret, qui eum hospitio reciperet.

Luc.12 Ad contemnendam temporalium abundantiam multum facit exemplum, quod ponit Dominus in illo diuite, cuius ager vberes fructus attulit. Cum autē solicitus cogitaret destruere horrea sua, & facere maiora, ait illi deus: Stulte, hac nocte repetent diaboli animam tuam à te, & quę aggregasti &c.

Luc.14 Emptores villę & boum, & ille qui vxorem suam duxerat, vocati ad cœnam domini se excusauerunt tanquam alijs occupati. Pauperes autē & debiles fuerunt introducti.

Luc.19 Videns dñs ciuitatem Hierusalem, pace temporali fruentem & superuenturas miserias ignorantem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu (scilicet) fleres.

Act.12 Cum populus Herodi magno regi vestito veste regali, & sedēte pro tribunali acclamaret, Voces dei & non hominis: Confestim percussit eū angelus domini, & consumptus à vermibus expirauit.

CAPVT CXXII.

De curiositate mundana.

Gen.3. PRimariæ transgressionis occasio, ortum habuisse videtur, ex eo, quod Eua serpentē curiose audiuit, & lignum vetitum curiose respexit.

Gen.34 Egressa est Dyna filia Lyæ, vt videret mulieres regionis illius: sequitur, quod visa, rapta & oppressa fuit.

Exo.19 Pręcepit Dominus Moysi, vt diceret populo

Cauete

Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem morietur. Et post pauca. Contestare populum, ne forte velit transcendere terminos ad videndum dñm, & pereat ex eis plurima multitudo.

Dixit Dominus ad Moysen, vt Aaron & filij eius tantum intrarent sancta sanctorum. Alij vero nulla curiositate viderent, quę erant in sanctuario, priusquam essent omnia inuoluta alioquin morerentur. Num. 4.

Ozias rex Iuda ingressus templum domini, accepit thuribulum, & voluit adolere incensum super altare thymiamatis, quod non ad suum, sed ad sacerdotum pertinebat officium, statimq; orta est lepra in fronte eius. 2. Par. 26.

Cum viderent Iudæi miracula à Domino Iesu fieri manifesta & visilia, videre nolebãt, sed de cœlo quærebant. Luc. 11

Herodes Tetrarcha viso Iesu gauisus est valde non tamen pietatis, sed curiositatis caussa, quia sperabat signũ aliquod ab eo videre fieri, & propter hoc visio illa domini Iesu nihil profuit ei, sed magis obfuit. Luc. 23

Curiositatẽ discipulorum, scire volentiũ tempus secundi aduentus, compescuit Dñs dicens. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Act. 1.

Curiositas videtur fuisse, quare Simon Mag9 voluit baptizari, quia (videlicet) videbat signa, quę Philippus faciebat. Act. 8

Athenienses omnes & aduenæ & hospites ad nihil aliud vocabant Paulum, nisi vt aut dicere, aut videre, vel audire aliquid noui vellent. Act. 17

Prędicãte Paulo in Epheso ciuitate, multi qui Act. 19.

fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & cō-busserunt coram omnibus.

2. Thes. 3 Reprehendit Apostolus quosdam Thessalonicenses, inquiete ambulantes, & nihil operantes.

1. Tim. 5 Adolescentiores viduas monet Apostolus esse deuitandas. Frequenter vero vagas, ociosas, & curiosas arguit, & vitare monet quę discūt domos circūire & vagabūdè discurrere, & se ostendere ac vendere, & loquuntur quæ illicita sunt. Et quum luxuriatæ fuerint, nolunt nubere.

CAPVT CXXIII.

De fide magna mulierum.

Heb. 11. Iosue. 2. Commendat Apostolus fidē Raab, quæ nō periit cū iis qui non obedierant, quum excepisset hospitio exploratores pacifice.

Ruth. 1. 2 Ruth adhæsit socrui suæ Noëmi, dicens Populus tuus & Deus tuus, meus. Vnde Booz postea dixit ei: Reddat tibi Dominus plenam mercedem, ad quam venisti, & sub cuius confugisti alas.

3. Reg. 17 Mulier vidua Sareptana credidit verbis Heliæ prophetæ, licet rem satis difficilem illi faciendam iuberet.

2. Mac. 7 Mundi creationem, & corporum resurrectionem, optime confitebatur mirabilis illa mater, quæ septem fratres filios torqueri vno die vidit, & ipsos ad moriendum pro Dei legibus, fortiter animauit.

Luc. 1. Circa mysterium dominicę incarnationis fuerunt mulieres ad credendum promptiores, quàm viri. Nam Zacharias pater Ioannis Baptistæ, incredulitatis fuit ab angelo redargutus. Pro eo, ꝙ non credidisti verbis meis, &c. Elisabeth autem non reprehensibilis, sed cōmendabilis legitur extitisse,

titisse, quę statim in aduentu beatę virginis exclamauit: Benedicta tu, &c.

Similiter commendatur beata virgo, quæ credidit angelo dicenti sibi, quod conciperet de spiritu sancto. Eodem.

Item Anna vidua prophetissa loquebatur de puero nato omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Luc.2

Mariæ Magdalenę dixit Dominus: Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Luc.7.

Tantam fidem habebat ad Dominum mulier Emorrhoissa, & sufficiebat ei, vt tantummodo tangeret fimbriam vestimenti eius. Ideo meruit audire verbum dulce: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Mat.9 Luc.8.

Nec longa expectatione, nec dura responsione destitit clamare ad Dominum mulier Chananęa. Iccirco tandē audiuit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Mat.15.

Mulier Samaritana plene confessa est, dicens: Quia Messias venit, qui dicitur Christus. Et postea multi Samaritanorum crediderunt in Dñm, propter verbum mulieris illius. Ioan.4

Confessio fidei Marthæ, quæ dixit: Ego credidi quia tu es CHRISTVS filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti, satis similis fuit confessioni Petri. Ioan.11 Mat.16.

De resurrectione Domini legimus multos viros dubitasse, & Dominum IESVM illorum incredulitatem & cordis duritiam exprobrasse, de mulieribus autem nihil tale legitur. Sed surgens Dominus, primo apparuit mulieri, scilicet, Mariæ Magdalenæ, & illa currens, discipulis lugentibus nunciauit. Mar.16 Mat.28

Act.16 Quædam mulier nomine Lydia purpuraria, audiuit prędicationem Pauli, cuius dominus aperuit cor, & baptizata est, & domus eius.

CAPVT CXXIIII.

De sapientia mulierum.

Gen.21 SAra prudenter intellexit ludū in Isaac, & Ismaele non esse bonū, & voluit dominus, vt Abraham acquiesceret illius voluntati.

Gen.27. Rebecca fuit valde argumentosa ad procurandum quod Iacob benedictionē à patre, quę debebatur primogenito obtineret: et postea fecit caute iram Esau declinare.

Iosue.2. Raab meretrix discrete exploratores abscondit, & per hoc se & totam domum suam integraliter liberauit.

Iudic.4 Delbora vxor Lapidoth, iudicauit populum, & docuit Barach filiū Abinoe, quid facturus esset, vt populum dei de manu Sisarę liberaret.

Ruth.2. Solicita fuit Noëmi & astuta ad modū inueniendum, quo Ruth alienigena nurus sua nubere posset Booz inclyto & potenti.

1.Re.1. Mater Samuelis Anna discrete se excusauit, ab eo, quod Heli sacerdos ei imposuit, quando filium à domino postulauit.

1.Re.25 Per sapientiā & eloquētiā suā, et liberalitatem satis modicā, Abigail viro suo Nabal vitam seruauit, & Dauid ab homicidio impediuit.

2.Re.14 Sapiens mulier Thecuitis induxit Dauid ad hoc, quod filiū suū Absalon exulem reuocaret

2.Re.20. Obsidente Iacob ciuitatem Abelam, mulier sapiens taliter loquuta est ei, & postea populo ciuitatis, quòd ille cū totius patrię vtilitate ab obsidione recessit.

Bathsaba

Bathsaba mater Salomonis sapienter verbum propofuit coram rege Dauid, vt filius Salomon post illum regnare deberet. 3.Re.1

Duarũ mulierũ corã Salomone cõtendentiũ, illa prudenter & pie respondit, quæ dixit: Obsecro te domine, dato illi infantem viuum. 3.Re.3.

Magna sapientia fuit in regina Saba, quod ipsa venit audire sapientiam Salomonis. 3.Re.10

Mulier Sunamitis hospita Elisęi prudẽter adhęsit ei, nec voluit eum dimittere propter Gihezi, donec eius filium suscitasset. 4.Re.4.

Holda prophetes vxor Sellum, Iosiam regẽ confortauit: Populo mala ventura propter eorũ peccata dixit. 4.Re.22

Sara filia Raguelis discrete & deuote orauit dominũ, vt liberaret eam de improperio, quod audierat ab ancilla. Tob.3

Miram prudentiã & constantiam ostendit Iudith alloquendo populum, & decipiendo Holofernem tam potentem tyrannum. Iudith ab 8. vsq; ad finem.

Esther cum magna cautela fecit petitionẽ suã, postquam regem ad prandium inuitauerat, & ille vino incaluerat. Esther.7

Elisabeth mater Ioannis Baptistæ discrete cognouit aduentum beatę virginis, & ipsam matrẽ domini nominauit. Luc.1

Tam tacendo, quàm loquendo, patet beatam virginem Mariam mirabiliter fuisse prudentem. Tacendo quidem, quia pauca verba dixisse inuenitur. Loquuta est cum angelo discrete quęrẽdo, & discretius acquiescendo. Quomodo fiet istud? Item, ecce ancilla dñi. Item cum sancta Elisabeth ipsam salutando. Et nota, ꝙ post laudes magnas quas Elisabeth illi dixit, nihil ei directe respondit,

sed ad landandum Dominum se conuertit, dicens Magnificat anima mea Dominum, &c.

Ioan. 2 Item loquuta fuit cum filio, ipsum dulciter interrogãdo: Fili, quid fecisti nobis sic? &c. Et pro verecundis pauperibus deprecando, Vinum nõ habent, ait.

Luc. 7. Ioan. 11. Mat. 27 &c. 28 Maria Magdalena valde prudenter agebat in eo, quod ad pedes Domini se ponebat. Ad pedes enim Domini impetrauit veniam pro se, vitam pro fratre, audiebat diuinam sapientiam. Lucæ decimo cap. Et exhibuit CHRISTO deuotam reuerentiam.

Vxor Pilati, dum loquuta est ei, si Pilatus credidisset, prudenter egisset.

CAPVT CXXV.

De pietate & compassione mulierum.

Gen. 24 REbecca videns seruum Abrahæ, hominẽ peregrinum & bibere petentem, sine mora respondit: Bibe domine mi, quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.

Exod. 1 Timuerunt obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conseruabant mares.

Exod. 2 Cernens filia Pharaonis vagientem puerum, miserta est, & ait: De infantibus Hebræorum est hic: & faciens eum nutriri, in filium adoptauit.

Iosue. 2 Raab meretrix audiens exploratores Iosue ad mortem quæri, compassa est eis, & ipsos abscondens liberauit, & sanos remisit.

2. Re. 17 Nuncij euntes ad Dauid, absconditi fuerunt in puteo, & saluati per mulierem, quæ posuit velamen super os putei, & eos qui quærebant, delusit.

Duarum

Duarum mulierum coram Salomone conten- dentium, illa pium cor habuit quæ liti cedere voluit, cuius viſcera ſuper filium commota fuerunt. 3.Re.3.

Vidua mulier Sareptana fuit hoſpita Heliæ prophetæ, & apud illam ſuſtentabatur. 3.Re.17

Mulier Sunamitis induxit virum ſuum ad hoc, vt fieret in domo ſua Eliſæo locus aptus ad manendum. 4.Re.4

Quum occideret Athalia omne ſemen regium, Ioſaba filia regis Ioram, tulit Ioas vnum de filijs regis, & abſcondens ſaluauit eum. 4.Re.11

Compatiẽs populo morti addicto Eſther, magno ſe expoſuit periculo, & apud Ahaſuerum Iudæorum liberationẽ, & ſublimationem obtinuit. Eſth.5.

Pietas beatæ virginis Mariæ multum apparet in hoc, quod ad pauperes nuptias ire voluit: & deficiente vino, non requiſita ab aliquo, ſed ſponte verecundorum pauperum aduocata, dixit filio Vinum non habent. Per hoc etiam poteſt innui largitas eius magna, Quia quum à Magis aurum thus & myrrham, quæ obtulerant recepiſſet, paulopoſt in purificatione ſua non potuit habere agnum quem offerret: Supponendum eſt, quod illa munera pauperibus erogauerat. Ioan.2. Mat.2 Luc.2

Ambulans per mundum Saluator mundi, in domo Marthæ & Mariæ ſpecialius hoſpitium legitur habuiſſe. Ioan.12

Mulier illa Chananæa, miſeriam filiæ ſuæ propriam reputabat, dicens: Miſerere mei Domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Mat.15

Mulieres miniſtrauerunt Domino prædicanti & per caſtella & ciuitates eunti. Lucæ.8

Aſtiterunt patienti, & ſequebãtur dum ad crucem duceretur ab apoſtolis derelictum. Luc.16 Ioan.19

Mat.16 Item studiose obsequi voluerũt ei in sepulchro
Ioan.20 iacenti. Matth. 28. Luc. 23.

Luc. 21 Pręrulit Dñs duo æra minuta paupercułę viduæ, quæ misit in Gazophilatiũ muneribus diuitum. Quia, scilicet, illa de eo quod erat intantum ei dederat: & quia plus ponderat dñs mentis pietatem, q̃ muneris quantitatem.

Luc. 11 Blasphemantibus miracula domini scribis & pharisęis, mulier quędam deuote audiens verba eius, extulit vocem, dicens: Beatus venter qui te portauit.

Mat. 27. Vxor Pilati magis conata fuit impedire dominicam passionem & iniustã affectionem ipsius, q̃ aliquis homo de quo scriptura testatur.

1. Cor. 9. Innuit apostolus Corinthijs, per quod aliqui apostoli pretendebant mulieres sorores, circũdare: ab eis, scilicet, necessaria ministranda.

Act. 9. Propter opera pietatis & eleemosynas quas Thabita viduis faciebat, rogauerunt flentes Petrum, vt ad defunctam veniret. Et motus lachrymis eorum Petrus ponens genua orauit, & eam suscitauit.

Act. 12. Exiẽs de carcere Herodis Petrus, venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatur Marcus, vbi erant multi congregati orantes. Per hoc patet, piam fuisse & bonam mulierẽ, & hospitam discipulorum domini.

Act. 16. Quædam mulier purpuraria nomine Lydia, credens ad prędicationem Pauli, & baptizata cũ domo sua deprecata est, dicens; Si iudicasti me fidelem domino meo esse, intrate domum meam, & manete: Et coegit nos, ait Lucas. Vbi etiam satis innuit, quod mulieres prompte & deuote audiunt verbum dei.

CAPVT

CAPVT CXXVI.

De fortitudine mulierum.

BArach filius Abinoë noluit ducere exercitũ contra Sisarã nisi Delbora vxor Lapidoth iret cum eo, quę dixit: Ibo quidem tecũ, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu fœminæ tradetur Sisara. Iudic. 4

Dixit Booz ad Ruth, quæ reliquerat patriam & deos suos: Scit cõmunis populus, qui habitat inter portas vrbis, mulierem te esse virtutis. Ruth. 3

Viriliter saluauit Dauid virũ suũ Michol, cum quęreretur ad mortem à Saule patre suo. 1. Re. 19

Cũ vidisset Abigail virũ suum Nabal dure respondisse nuntijs Dauid, festinauit & tulit diuersa xenia, & Dauid iratum placauit. 1. Re. 25

Graue contumeliã ab ancilla prolatam, valde patienter tulit Sara filia Raguelis, nec ei quid respondit, sed ad orationem se conuertit. Tob. 3

Esther regina exposuit se periculo moriendi, pro liberatione populi sui, quãdo non vocata, ad regem ire præsumpsit. Esth. 5.

Supra modum mater mirabilis, quę pereũtes septem filios sub vnius diei tempore conspiciẽs, bono animo ferebat, & fœmineę cogitationi masculinum animum mittebat. 2. Mac. 7

Fortissima fuit beata virgo Maria, in continẽdo gaudium quod habuit de filij conceptione, natiuitate, Magorũ adoratione, & ipsius educatione, prędicatione, miraculorum operatione, resurrectione. Rursum sustinendo dolorem quem passa fuit in ipsius filij passione. Ioan. 20

Valde fuit mirabile de audacia Mariæ Magdalenæ, quę passioni dñi affuit, & toties ad sepulchrum Dñi venit, recedentibus etiam discipulis

dilectussi

dilectissimis, non recedebat, sed stans ibidem plorabat. Ipsam etiam nimis audacem faciebat amor, quum dicebat: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi.

CAPVT CXXVII.

De auiditate mulierum.

Gen.3. PRima mulier vidit lignum pulchrum & delectabile, & statim sequitur, ꝙ sine deliberatione tulit de fructu illius, & comedit.

Gen.16 Sara licet esset bona, tamen ita desyderabat habere filios, quod prius voluit habere de ancilla filium, inquiens: Ingredere ad ancillam meam, & cætera.

Gen.24 Interrogata Rebecca an vellet ire cum famulo Abrahæ, continuo respondit: Vadam. Non dixit, Volo ire, si placet vobis, vel huiusmodi.

Gen.19 Filiæ Loth potius voluerunt de patre liberos suscipere, q̃ sine liberis permanere.

Gen.30 Cernens Rachel quod infœcunda esset, inuidit sorori, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar.

Gen.34 Dyna cupiens videre mulieres regionis illius visa fuit à quodam viro, Sichem videlicet, & tandem oppressa ab eo. Quid ergo de illis, quę volũt videre viros, & videri ab eis? Non est mirũ, &c.

Gen.39 Domina, cui seruiebat Ioseph, non expectabat quod solicitaretur ab eo, sed ipsum nimis procaciter requisiuit.

Iosue.15 Axa, filia Caleph, obtinuit à patre terram irriguam: quia scilicet eam instanter suspirãdo petiuit

Iudic.14. Tantũ institit vxor Samson apud eum, quod ipse dixit ei propositionem obscuram, quã parentibus noluerat indicare. At illa statim reuelauit amicis suis, quanquã esset in damnum viri sui.

Dalida

Dalida per importunitatẽ euicit, vt Samson diceret, in quo eius fortitudo maxima consistebat. Iudic. 16.

Anna mater Samuelis præ desyderio habendi liberos flebat, & non capiebat cibos. 1. Re. 1.

Multum desyderabat habere filium illa, quæ rapuit alienum. 3. Reg. 3

Ita cõcupiuit Iezabel vineam Naboth tradere viro suo, & producẽs falsos testes, qui ter procurauit & fecit Naboth crudeliter lapidari. 3. Reg. 21

Quum vellet ire Sunamitis ad Elisæum, & vir eius non plenarie consentiret, respondit illa: Vadam. Statimq́; strauit illa asinam, & pręcepit puero in via: Propera, ne mihi morã facias in eundo, & hoc age quod pręcipio tibi. 4. Re. 4

Athalia, mater Ochoziæ regis, concupiscens regnare super terram, interfecit omne semen regium, excepto Ioas infantulo, qui furtim absconditus fuit. 4. Re. 11

Anna vxor Tobiæ circũspiciebat quotidie & circumibat vias, per quas spes redeundi videbatᷣ, vt si posset procul videre filium venientem. Tob. 10

Esther non fuit contenta ex eo, ꝙ rex dederat ei domum Aman, & ꝙ occiderat in solida ciuitate Susis quingentos viros, sed etiam in crastino fecit trecentos occidi. Esth. 9.

Mulier Chananæa sanitatẽ filiæ obtinuit precibus importunis. Mat. 15

Mater filiorum Zebedæi non expectauit, ꝙ Dominus remuneraret filios secundum excellentiam meritorum, sed petiit ante tempus vnum poni ad dexteram Domini in regno suo, & alium ad sinistram. Mat. 20

Puella nomine Rhode, intelligens Petrũ pulsare ad ianuam, prę gaudio nõ aperuit, sed dimittens Act. 12

tens illũ foras, cucurrit & intro ſtãtibus nũtiauit.

Mat. 11 Herodias inſidiabatur Ioãni Baptiſtę, tanto q́ odio inſidiabatur ei, quod magis elegit filiam ſuã petere corpus ipſius, q̃ dimidiam partem regni Herodis.

Luc. 19 Ponit dominus exemplum viduæ, quę ita fuit moleſta iudici, deum etiam non timenti, vt tandem ipſam à ſuo aduerſario vindicauerit.

CAPVT CXXVIII.

De fallacijs mulierum.

Gen. 3. OCcaſione Euæ deceptus eſt Adam: licet non fuit ſeductus in eo, in quo Eua fuit ſeducta, ſed cum de ligno vetito, Eua ſuadente, comedit.

Gen. 18 Sara riſit, audita promiſſione & conceptione filij: Redarguta autẽ à dño eius diffidẽtia, ſeipſam mendaciter excuſauit.

Gen. 19 Duę filię Loth volentes ex patre ſuo concipere, cum verbis eum fortaſſis ad hoc inducere non auderent, mediante vino, propoſitum peregerũt Bene ergo alium hominem decepiſſent, quando nec patri proprio pepercerunt.

Gen. 31. Rachel patrẽ proprium quærentem idola ſua, pulchra adinuentione deluſit.

Gen. 39 Domina Ioſeph, ipſum apud virum ſuũ nequiter accuſauit, vt ſeipſam mendaciter excuſaret, et deinceps apud virum ſuũ, de ipſo Ioſeph ſe impijſſime vindicauit.

Exo. 1. Obſtetrices Hebræorum, licet piam intentionem habuerint in reſeruatione puerorum, tamen Pharaonem regem Ægypti, adinuentione mendacij fefellerunt.

Num. 23 Mulieres Moabitæ, filios Iſrael deceperũt, contra quos Balaam hariolus cum omnibus ma

gicis

gicis artibus suis nihil potuerat operari.

Raab meretrix abscondit exploratores Iosue, & eos, qui quærebant eos, fecit currere vsque ad vada Iordanis, dicēs, quod exierint clausa porta. Iosue.2

Egressa Iahel in occursum Sisaræ dixit ad eū. Intra ad me, domine mi, ne timeas. Et postremo illum dormientem occidit. Iudic.4.

Vxor Samsonis fundens apud eum lachrymas, dicebat: Odisti me, iccirco problema nō vis mihi exponere: tamen illi in damnum proprium reuelauit. Iudic.14

Dalida molesta fuit Samsoni iugiter, per multos dies, spatium ad quietem non tribuens, & defecit anima eius, ad mortem vsque lassata est. Tunc victus fortissimus Samson, stulte aperuit ei totum. Iudic.16.

Michol intelligēs quod Saul pater suus quæreret Dauid virū suū ad mortē, fecit eum fugere, et posuit simulachrum super lectum eius. 1.Reg.19

Viri qui nuntiare debebāt Dauid statū Absalon, fuerunt positi in puteo, & mulier quædā ponens velamen super os putei, quasi siccans ptisanas, ipsos recessisse mentita est. 2.Re.17

Fefellit Holofernē Iudith, à facie cuius terra tremere videbatur, quamuis optima intentione. Iudith.10.

Herodes metuebat Ioannem Baptistam, sciens eum virum iustum. Et tamen Herodias intantum laborauit, quod fecit eum in carcere decollari. Mar.16.

Saphira vxor & Ananias mentitus fuit Petro de agri pretio. Sed illud mendacium fuit per Petrum grauissime punitum. Act.5

CAPVT

CAPVT CXXIX.

De mulierum stultiloquio.

Gene.3 EVa prius legitur loquuta fuisse cũ serpente q̃ cum Deo adorando, vel cũ viro suo ad aliquam eruditionem percipiendam.

Gen.18 Promittente Domino quod Sara esset filium paritura, & primo illa risisset præ diffidẽtia, negauit postea se risisse.

Gen.30 Cernens Rachel quod infœcunda esset, ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Quasi esset in ipsius Iacob potestate, de sterili fœcundam facere.

Iudic.14 Vxor Samsonis, statim vt sciuit propositionem obscuram viri sui, indicauit ciuibus suis, in damnum mariti sui.

Iudic.16 Quum vidisset Dalida, q̃ Samson confessus esset ei omnem animum suum, quomodo fortitudinem amittere posset, inimicos illius vocauit, & statim eis reuelauit.

2.Re.6 Quia Dauid præ magna deuotione saltauerat coram arca Domini, Michol filia Saul ironice dixit ei: O q̃ gloriosus fuit hodie rex Israel?

Tob.2 Quũ dixisset Tobias de hœdo: Videte ne furtiuus sit, Anna vxor eius irata respondit: Manifeste vana facta est spes tua.

Tob.3 Sara filia Raguelis increpante ancillam iuste, illa impatiẽter & iniuriose respõdit: Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram.

3.Re.3. Quum contenderent duæ mulieres meretrices coram Salomone, illa stulte & nequiter loquuta est, quæ dixit de infante: Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur.

Esth.5. Vxor Aman audiens querimoniam quam vir faciebat de Mardochæo, respondit: Iube parari

excelsam

excelſam trabem, vt appendatur in ea.

Sedente Hiob in ſterquilinio, & ſaniem defluentem teſta radente, dixit ei vxor ſua: Benedic domino, & morere, ſed ille bene & diſcrete reſpondit. Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es. Hiob.2.

Petitio matris filiorum Zebedæi, non fuit à domino approbata, quando dixit: Dic vt hi duo ſedeant, vnus à dextris, alter à ſiniſtris. Mat.20

Ad vocem vnius ancillæ, negauit Petrus dominum. Mat.26

Multa verba & ſimplicia dixit Domino mulier Samaritana, anteq̃ impingeret in veritatem. Ioan.4

CAPVT CXXX.
De mulierum ornatu ſuperfluo.

THamar nurus Iudæ filij Iacob volens ſocerum allicere, vt ex illo conciperet. Depoſitis viduitatis veſtibus ornauit ſe, & aſſumpſit teriſtrum. Gen.38

Audito aduentu Iehu, qui occiderat Ioram regem Iſrael, Iezabel depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum. 4. Re.9.

Teſtatur Iudith quod ornamenta quæ aſſumpſit deceperunt Holofernem. Induit enim ſe veſtimento lętitiæ, vnxit faciem ſuam vnguento, colligauit cincinnos ſuos mitra, ad decipiendum ipſum. Iudith.16

De Eſther legitur. Quod quando debuit intrare ad regem, non quęſiuit muliebrem cultũ, ſicut faciebant aliæ mulieres. Eſth.2.

Comminando dicitur Eſai. Auferet dominus ornamenta calciamentorum, & lunulas, & torques, monilia, & armillas, & mitras, & diſcrimi- Eſa.3.

nalia, & multa alia ponit ibi.

Prou.7 Reprehensibilem habitum malæ mulieris describit Salomon: Considero vecordem iuuenem. Occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens.

Eccle.9 Non sine caussa monet Sapiens, quando ait: Auerte faciẽ tuã à muliere compta. Mulier enim cõposita & ornata, magis incitat ad peccatum.

1.Pet.3. Mulierum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut vestium cultus &c.

CAPVT CXXXI.

De Morte generali.

Gene.2 QVia vera est sententia Dei, qua dixit homini. In quacunq; hora comederitis ex eo, morte moriemini. Planum est, quod statim post peccatum homo moritur. Vnde homo viuens, quasi continue moritur: secundum August. lib 14. de ciuitate dei.

Gene.5 Cum tot annis vixerint homines ante diluuium, signanter tamen dicit scriptura post tempus descriptionis vitæ eorum: Et mortuus est.

Gen.19 Si antiqui patres mortem timebant, & longam vitam optabant, non erat mirum: Nam ipsi non poterant adhuc in cœlum ascendere, nec diuina perfrui visione, donec saluator aduenit, qui aperuit ianuam paradysi. Vnde sanctus Loth admonitus est ab angelo, vt saluũ faceret se in monte: Timuit ille ire, ne forte apprehenderet eũ malum & ibi moreretur.

Num.23 Etiam mali optant bene mori. Moriatur anima mea morte iustorum, dixit Balaam.

Deut.4 Quamuis Moyses obedire nollet imperio do-

mini

mini, qui voluit eum transire Iordanem, tamen satis videtur, quia libẽter plus vixisset, si dominus voluisset. Vnde ait: Iratus est dominus cõtra me Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanẽ.

Magna pars mercedis Mosaicæ legis in longa vita consistere videbatur. Ponite corda vestra in omnia verba, quę ego testificor vobis, quę facientes, longo perseueretis tempore in terra, ad quam ingrediemini possidendam. Deut.22

Maluerunt Zebee & Salmana occidi manu Gedeonis strenui viri, q̃ manu Iether iuuenis filij sui. Iudic.8

Noluit Dauid flere pro filio mortuo, qui fleuerat eo infirmo. 2.Re.12

Cum sederet Helias subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait: Sufficit mi domine, tolle animam meam. 3.Re.19

Hezechias rex Iuda ambulauit coram domino in veritate & fuit bonus, tamen quãdo nũciatũ fuit ei per Esaiã, quia mori deberet, orauit dñm fletu magno, vt adhuc ei vitam prolongaret. Esai.30

Tobias prouocatus, audita responsione vxoris ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis dicens: Iustus es domine, pręcipe in pace recipi animam meam. Expedit enim mihi mori magis, q̃ viuere. Sequitur. 4. Capite. Cũ putaret orationẽ suam exaudiri, vocauit filium suum. Tob.3

Sara filia Raguelis accepta ab vna ancillarum graui contumelia orauit dominũ dixitq; inter cętera: Peto domine, vt de vinculo huius improperij absoluas, aut certe desuper terram eripias me. Eodem

Coram rege Sedechia prostrauit Hieremias preces suas, ne interficerent eum, & iuberet reduci eum in carcerẽ, in quo prius fuerat, ne moreretur Hier.38

Post mortē crucis, quā saluator voluit sustinere, ostendit manifeste, quod non solum mori, sed & quodcunq; genus mortis ab homine iusto, pro diuina obedientia prompte debere sustineri.

Mat.26 Ante aduentum spiritus sancti nimis timuerūt mortem Apostoli, qui cōprehenso Domino, omnes eum reliquerunt, postquam vero fuerunt virtute ex alto roborati, ducti coram principibus et tyrannis, fiducialiter loquebantur.

Act. per totum. Parum timebat, imo non timebat mortē Paulus, qui dicebat: Non solum alligari, sed & mori paratus sum propter nomen domini Iesu.

Act.21. Idem. Si notum sit Iudæis, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori.

Aduertendum est autem, quia plerunq; insidias deuitans Iudæorum, de ciuitate in ciuitatem fugiebat: Non timore mortis hoc faciebat, sed quia furori malorum cedens, pluribus se vtilem reseruabat.

CAPVT CXXXII.
De sepulturis.

Gen.23 CVm magna diligentia emit Abrahā agrū, in quo vxorem mortuam sepeliuit.

Gen.47 &.49 Noluit Iacob sepeliri cum malis hominibus in Ægypto, sed adiurauit Ioseph vt eum mortuum ad patrum suorum sepulturam deferret. Hoc ipsum repetiit post benedictionem filiorum instante morte sua: quod Ioseph solicitus adimpleuit.

Exo.13 Exiens Moyses de Ægypto, tulit ossa Ioseph secum.

1.Re.31 Commendauit Dauid multum viros Iabes Galaad,

Galaad, eo quod cadauera Saulis & filiorū eius, reuerenter tradiderant sepulturæ. 2.Re.1

Pœna viri dei, qui panem contra diuinum mādatum in domo mali prophetę comedit fuit vna, quod non fuit sepultus in sepulchro patrū suorū. 3.Re.13

Iehu rex Israel, qui fecerat occidi Iezabel, fecit eam sepeliri, eo quod fuit filia regis. 4.Re.9

Commendatus est Tobias de hoc, quod cum periculo vitę suę corpora occisorum rapiebat & sepulturam eis solicitus exhibebat. Tob.1.2

Prima admonitio inter illas salubres, quas fecit Tobias filio suo, fuit de sua & vxoris suæ solicita sepultura. Tob.4

Iudæi accusatores impij Menelai fuerunt per iudicem iniquum morte damnati: quamobrem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. 2.Mac.4

Post prælium contra Gorgiam commissum, venit Iudas Machabęus, vt corpora prostratorū tolleret, & cum parentibus sepeliret. 2.Mac.12

Discipuli beati Ioannis Baptistæ, audito quod decollatus erat ab Herode, venerunt & tulerunt corpus eius, & sepelierunt eum. Mat.14 Mar.6

Apparet dominum Iesum de sua sepultura curasse, per quod respondit Iudę murmurāti de vnguento, quod secundum sententiam suam venundari debuisset. Sine (inquit) vt in diem sepulturæ meę seruet illud. Ioan.12

Sepultus fuit dominus per Ioseph & Nicodemum, in sepulchro nouo exciso in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat. Mat.27 Mar.15 Luc.23 Ioan.20

Curauerunt viri timorati, à Iudęis lapidatum Stephanum, & fecerunt planctum magnum super eum. Act.8.

CAPVT CXXXIII.

De horrenda morte malorum.

Gen.4 CAin,qui occidit fratrem ſuum,occiſus eſt à Lamech.

Gen.19 Dominus pluit ſuper Sodomam et Gomorrham ſulphur & ignem de cœlo, & ſubuertit quinque ciuitates, deteſtabili peccato fœtentes.

Gen.34 Sichem filius Emor,qui depreſſit Dynam filiam Iacob, interfectus eſt â filijs Iacob, & omnis ciuitatis populus.

Exo.14 Aquæ maris rubri cooperuerunt currus & equites cunctos exercitus Pharaonis, nec vnus quidem remanſit: Et quidem ſatis iuſte, cuius cor non potuit emolliri, corpus eius in aquis totaliter mergeretur.

Leuit.10 Nadab & Abihu filij Aaron, offerentes ignem alienum coram domino,deuorati ſunt ab igne domini & mortui.

Leuit.24 Præcepto Dñi filij Iſrael eduxerunt blaſphemum extra caſtra,ac lapidibus obruerunt.

Num.16 Chore, Dathan & Abyron, ac eorum complices Moyſi rebellantes, deſcenderunt viui in infernum,operti humo.

Alij etiam murmurantes,& diuerſa committentes peccata,varijs mortibus interierũt in deſerto: ita ꝙ de ſexcentis milibus hominũ pugnatorum,duo tantũ terrã promiſſionis intrauerũt.

Ioſue.7 Quoniam Achan tulit furtiue de anathemate Hiericho, lapidauit eum omnis Iſrael, & cuncta quæ eius erant, igne conſumpta ſunt

Iudic.4 Tulit Iahel vxor Abner Cinæi clauum tabernaculi,& defixit in cerebrũ Siſaræ, qui ſòporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt.

Si Zebee & Salmana seruassent fratres Gedeonis, pepercisset eis Gedeon, & quia eos occiderunt, & ipsi à Gedeone occisi fuerunt. Iudic.8

Comprehenderunt filij Israel Adonibezech cæsis summitatibus manuum eius ac pedum (& ita fecerat ipse septuaginta regibus) adduxerunt in Hierusalem, & ibi mortuus est. Iudic.1

Vna mulier iaciens super caput Abimelech fragmine molę, confregit cerebrum eius, qui vocauit armigerum suũ, & iussit se interfici, & reddit ei Dominus malum quod fecerat interficiens septuaginta fratres suos. Iudic.9

Cum audisset Heli arcam Domini esse captã, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. 1.Re.4

Superbum Goliath & blasphemum, Dauid puer inermis non habens vsum armorum, gladio illius proprio interfecit. 1.Re.17

Saul quadam iniqua inuidia motus & persequutus fuerat Dauid: Tandem arripuit gladium suum irruens super eum, & mortuus est. 1.Re.31

Primogenitus Dauid oppressit sororem suam Thamar, & paulopost occisus est, iubente Absalom fratre suo, cum comederet cum eo. 2.Re.13

Libidine dominandi Absalom multũ afflixit patrẽ suũ Dauid, sed antequam assequutus esset propositũ, suspensus fuit inter cœlum & terrã. 2.Re.18

Videns Achitophel, ꝙ non fuisset acceptum consilium suum quod dederat cõtra Dauid, abijt in domum suam, & suspendio interijt. 2.Re.17

Seba filius Bochri concitauit populum contra Dauid, & fugiens in Abelam ciuitatem, vbi putabat habere refugium & auxilium, decapitatus fuit ibidem. 2.Re.20

2.Re.1. Adolescens qui dixit se Saul occidisse, iubente Dauid, occisus est, cum putabat prospera nũtiare

2.Re.4 Simile accidit duobus latronibus, qui caput Isboseth filij Saul tulerunt.

3.Re.2. Quamuis Ioab fuisset miles strenuus & fidelis, quia tamen occidit duos viros proditorie, iussus est occidi monente Salomone.

3.Re.16 Regi Israel pessimo Hela, rebellauit Zambri contra dominum & occidit eum, qui post septẽ dies ingressus est regium thalamum, & succẽdit se cum ipsa domo regia.

3.Re.22 Vulneratus in bello Achab mortuus est vesperi, & linxerunt canes sanguinem eius in eodem loco, in quo linxerunt sanguinem Naboth qui dissimulante ipso Achab cum euitare deberet & posset, lapidatus & mortuus est.

4.Re.2 Cum ascenderet Elisęus in ciuitatem Bethel, quidam pueri male eruditi illudebant ei, egressiq; sunt duo vrsi, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.

4.Re.7 Vnus de duobus qui aderant cum rege Israel, noluit credere verbis Elisęi, futuram abundantiã prędicentis, in crastino vero conculcauit eum turba hominum, ad spolia concurrentium & mortuus est.

4.Re.8 Benadab rex Syriæ, qui multa mala intulit filijs Israel, fuit demum ab Asahel filio iugulatus.

4.Re.9 Videns Iehu Iezabel impiam, quę fuerat multorum caussa malorum, iussit eam præcipitari deorsum, & fuit ita equorum vngulis conculcata, quę licet esset filia regis, non fuit tradita sepulturæ. Tantum enim caluaria capitis aderat.

4.Re.11 Athalia mater Ochozię interfecit omne semẽ regium, vt posset regnare super populum, &

postmo

postmodum turpiter interfecta fuit, iussu Ioiadæ sacerdotis.

Rex Iuda malus & ingratus Ioas, q fecit Zachariam filium Ioiadę sacerdotis crudeliter lapidari, postea interfectus est à seruis suis. 4.Re.12.

Rex Assyriorũ Sẽnacherib superbissimus, & in deum cœli blasphemus, postquã de terra Iuda confusus aufugit, à filijs suis interfectus fuit. 4.Re.19.

Sedechias rex Iuda malus apud deum & homines, comprehensus est fugiẽs. Ante cuius oculos rex Babylonis proprios filios fecit occidi, deinde exoculatus fuit & ductus in Babylonem, & ibidem miserabiliter mortuus. 4.Re.vlt.

Multas terras cepit & destruxit Holofernes, tandem dormiens inebriatus, per manum mulieris decapitatus fuit. Iudith.13

Superbissimus Aman, qui faciebat se ab hominibus adorari, suspensus est in patibulo, quod ipse parauerat Mardochæo. Esth.7

Balthasar rex Babylonis, nõ est correctus per exemplum Nabuchodonosor patris sui, qui ante eum fuerat mutatus in bestiam. Et in conuiuio vidit scripturam in pariete. Mane, Thetel, Phares. Eademq; nocte interfectus est, & regnum eius ad Medos & Persas translatum. Dan.3.5

Accusatores Danielis, iubẽte Dario rege Persarum, missi sunt in lacum leonum & à leonibus deuorati. Simile accidit. Cap.14. Dan.6

Postquam Alexander decidit in lectũ dicitur, quod cognouit: quia moreretur: quasi antea mortis memoriam seu notitiam non haberet. 1.Mac.1

Percussus fuit Alchimus proditor, & dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui & mãdare de domo sua; & mortuus est cũ tormẽto magno 1.Mac.9

2.Mac.4 Contristatus rex Antiochus de hoc, q̄d Andronicus iniuste occiderat Oniam summum sacerdotem: occidi in eodem loco iussit Andronicū in quo nimiam impietatem commiserat.

2.Mac.7 Multis sacrilegijs á Lysimacho commissis in templo, congregata est multitudo aduersus eum & ipsum secus ærarium interfecerūt.

2.Mac.5. Iason impius, qui fratrem proprium captiuauerat, & multos de patria sua expulerat, peregre perijt: & insepultus, & illamētatus abiectus fuit

2.Mac.9 Antiochus, qui multorū torserat viscera, passus durū dolorē viscerum, miserabili obitu in mōtibus vita defunctus est.

2.Mac.13 Menelaus, qui maliciose obtinuit modico tempore principatum, de alta turri fuit præcipitatus in aggestum cineris.

Luc.12 Homo ille diues, cuius ager vberes fructus attulit, cum cogitaret destruere horrea sua & facere maiora, plus credebat habere de vita: ait autem illi Dominus: Stulte, hac nocte peribis.

Terribile est valde illud exemplum de diuite famoso, epuloso, qui mortuus est et sepultus, atq; in infernum delatus.

Ananias & vxor eius Saphira, quia fraudauerunt de pretio agri venditi, ad increpationem Petri terribiliter expirarunt.

Act.12. Herodes sedens pro tribunali, & vestitus veste regali cōcionabatur ad populum: Populus autem acclamabat. Dei voces, & non hominis. Cōfestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset honorem deo. Et consumptus á vermibus expirauit.

CAPVT CXXXIIII. ET VLT.

De pretiosa morte iustorum.

Cum

CVm essent in agro Cain & Abel, consurrexit Cain aduersus Abel, & interfecit eum. Rationem tangit Ioannes, Quoniam opera ipsius mala erant, fratris autem iusta. Gen.4

Ambulauit Enoch cum deo, & non apparuit, quia tulit eum deus. Gen.5.

Mortuus Abraham in senectute bona, prouectæq; ætatis & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. Gen.25

Completi sunt dies Isaac. 180. annorũ consumptusq; ætate mortuus est, & appositus populo suo senex & plenus dierum. Gen.35

Iacob finitis mãdatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum suum & obijt & appositus est ad populum suum. Gen.49

Cum adiurasset Ioseph fratres suos, atq; dixisset: Deus visitabit vos, asportate vobiscum ossa mea de loco isto &c. mortuus est. Gen.50

Ascenderunt Moyses & Aaron iuxta mandatum Domini in montem Hor, coram omni multitudine. Cũq; Aaron expoliasset se vestibus suis induit eis Eleazarum, & mortuus est ibi Aaron. Num.20

Mortuus est Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente domino, & sepeliuit eum dominus, & non cognouit homo sepulchrũ eius vsq; in præsentem diem. Deut.34

Dauid post instructionẽ filij sui Salomonis et orationẽ, quã fecit ad dominũ pro eo & pro toto populo, mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria. 1.Par.29

Cum pergerent simul Helias & Elisæus, Ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumq;, & ascendit Helias per turbinem in cœlum. 4.Re.2

Spiritus dñi induit Zachariam filiũ Ioiadæ, et 2.Par.24

dixit

dixit populo: Quare transgredimini præceptum dñi? Quod vobis non proderit. Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium, & interfectus est.

Tob.14. Tobias in hora mortis suæ vocauit Tobiam filium suum, & septem iuuenes nepotes suos & dixit eis: Prope est interitus meus. Et de filio eius paulo post dicitur: Completis annis octuaginta nouem in timore domini, cum gaudio sepelierũt eum. Omnis autem cognatio eius &c.

Hiob vlt. Vixit Hiob post flagella centum quadraginta annis, & vidit filios filiorum vsq; ad quartam generationem, & mortuus est senex & plenus dierum.

2.Re..12. & .17. Noluit Dauid flere pro filio innocente mortuo, qui fleuerat pro infirmo: Sed multum fleuit pro fratricida & paricida Absolom suspenso.

1.Mac.2 Post instructionem & confortationem filiorum, Matathias benedixit eos, & defunctus est, & positus ad patres suos.

1.Mac.9. Videns Iudas Machabęus multitudinem hostium, & paucitatem suorum ait: Si appropinquauit tempus nostrũ, moriamur in virtute propter fratres nostros.

2.Mac.6 Eleazarus post multa tormenta sibi illata, vita decessit. Vniuersę genti memoriam mortis suę ad exemplum virtutis & fortitudinis relinquẽs.

2.Mac.7 Septẽ illi fratres cũ pia eorũ matre, finẽ miro modo laudabilem fecerunt. Et possunt ibi notari multa virtutis exempla.

Mar.6. Pro veritate & maritali honestate Ioãnes Baptista decollatus fuit ab Herode Tetrarcha.

Luc.16 De illo famoso paupere Lazaro scriptum est. Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab

tur ab angelis in ſinum Abrahæ.

Qualitercunq; vixerit ille latro, cui pendenti dixit Christus: Hodie mecum eris in paradyſo, fœliciter mortuus eſt. Luc.14

Cum lapidabatur beatus Stephanus, inuocabat dn̄m, & dicebat: Dn̄e Ieſu accipe ſpiritū meū Poſitis autem genubus exclamauit voce magna dicens: Dn̄e, ne ſtatuas illis hoc peccatum &c. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in domino. Cui noſtram faciamus ſimilem. Act.7.8.

Et Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus qui ſecundum Auguſtinum libro quarto de trinitate, per ſingularem mortem ſuam, noſtram deſtruxit duplicē. Qui, vt ait idem Auguſtinus.14. de ciuitate dei. Tantam fidei contulit gratiam, vt mortis (quam vitæ conſtat eſſe cōtrariam) inſtrumentum fieret, per quod tranſiretur ad vitā. Quā nobis concedat ipſe verus author ſalutis æternæ. Auguſti. libr.4.de Trinitate. Et lib. 14.de ciuitate dei

Qui eſt via, veritas, & vita: Qui vitę: & mortis habet imperium: Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus, per intermi nabilia ſęcula.

Amen.

F I N I S.

Typis Ioannis Graphei
Anno. M.D.XXXV.

Plura licet facias, nihil est quod adæquet amorẽ,
Christi fortis amor spemq; fidemq; præit.

SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, et nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt mõtes transferam, charitarem autẽ non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quęrit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquã excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cũ

essem

essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autē factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculū in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc. maior autem horum: est charitas.

¶ Sequitur Tractatus D. Cypriani de Simplicitate Prælatorum.

DIVI CAECILII CYpriani de ſimplicitate Prælatorum libellus plane aureus.

Vænit Antuerpiæ in ædibus Ioannis Steelſij.

M. D. XXXV.

I. G.
1535.

ARGVMENTVM.

Tractatus beati Cypriani aduersus Nouatianum schismaticum, ostẽdens præpositos ecclesiæ ad innocentiam simplices esse oportere, & cum simplicitate prudentes in præceptorum obseruatione aduersus occultam hostis luctam, qui plus metuẽdus est & cauendus cum latenter obrepit, q̃ cum se aduersarium profitetur.

D. CÆCILII CYPRIANI TRActatus de simplicitate Prælatorum.

CVM moneat Dominus & dicat: Vos estis sal terræ, cumq; esse nos iubeat ad innocentiam simplices, & tamē cum simplicitate prudentes, quid aliud fratres dilectissimi q̄ prouidere nos conuenit: & solicito corde vigilantes subdoli hostis insidias intelligere pariter & cauere, ne qui Christum sapientiam Dei patris induimur, minus sapere in tuenda salute videamur? Neq; enim persequutio sola metuenda est, & ea quæ subruendis ac deijciendis Dei seruis aperta impugnatione grassantur. Facilior cautio est, vbi manifesta formido est. Et ad certamen animus ante præstruitur, quando se aduersarius cōfitetur. Plus metuendus est & cauēdus inimicus, cū latenter obrepit, cū per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit: vnde & nomē serpētis accepit. Ea est eius semper astutia: ea est circūueniendi hominis cæca & latebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi fefellit: & verbis mendacibus blandiens, rudes aīas incauta credulitate decepit. Sic dominū ipsum tentare conatus, quasi obreperet rursus & falleret, latenter accessit: intellectus tamen est & retrusus, & ideo prostratus, quia agnitus atq; detectus. Vnde nobis exemplum datū est, veteris hominis viam fugere: vestigijs Christi vincētis insistere: ne denuo

Matt. 5

Serpens dictus diabolus

incauti in mortis laqueum reuoluamur, sed ad periculum prouidi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo possumus nisi ea à quibus mors expugnatur & vincitur, Christi mandata seruemus? ipso monente & dicente: Si vis ad vitam venire, serua mandata. Et iterum: Si feceritis quod mando vobis, iam non dico vos seruos, sed amicos. Hos denique fortes dicit & stabiles: hos super petram robusta mole fundatos: hos contra omnes tempestates & turbines seculi immobili & inconcussa firmitate solidatos. Qui audit, inquit, verba mea & facit ea, similabo eum viro sapienti, qui ædificauit domũ suam super petram. Descendit pluuia, aduenerũt flumina, flauerunt venti, et impegerunt in domũ illam, & non cecidit: fundata enim fuit super petram. Verbis igitur eius insistere, quæcunque & docuit & fecit, discere & facere debemus. Cęterum credere se in Christum quomodo dicit, qui non facit quod Christus facere pręcepit? aut vnde perueniet ad pręmium fidei, qui fidem nõ vult seruare mandati? Nutet necesse est & vagetur, et spiritu erroris arreptus, velut puluis quem ventus excutit, ventiletur. Nec ambulando proficiet ad salutem, qui salutaris viæ non tenet veritatem. Cauenda sunt autem non solùm quæ sunt aperte manifesta, sed & astutę fraudis subtilitate fallẽtia. Quid vero astutius, quidue subtilius, q̃ vt Christi aduentu detectus ac prostratus inimicus (postquam lux gentibus venit, & sospitandis hominibus salutare lumen effulsit, vt surdi auditum spiritalis gratię admitterent, aperirent ad deum oculos suos cæci, infirmi æterna sanitate reualescerẽt claudi ad ecclesiã currerent, muti claris vocib⁹ & precib⁹ orarẽt) vidẽs idola derelicta, et per nimiũ

Matt. 19
Ioan. 15.
Mat. 7

creden-

credentiū populū sedes suas ac tēpla deserta, ex-cogitauerit nouā fraudem, vt sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos? Hęreses inuenit et schismata, quibus subuerteret fidē, veritatē corrū peret, scinderet vnitatē. Quos detinere nō potest in viæ veteris cæcitate, circūscribit & decipit no ui itineris errore. Rapit de ipsa ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse iam lumini, atq; eua sisse seculi noctē videntur, alias nescientibus tene bras rursus infundit, vt cū euangelio Christi, & cū obseruatione eius & lege non stantes, Christi-anos se vocent, & ambulantes in tenebris, habe-re se lumen existiment, blandiēte aduersario atq; fallente, qui secundū Apostoli vocē transfigurat se velut angelū lucis, & ministros subornat suos velut ministros iustitiæ, asserentes noctē pro die interitū pro salute, desperationē sub obtentu spei perfidiā sub prętextu fidei, antichristū sub voca-bulo Christi, vt dū verisimilia mentiūtur, verita tem subtilitate frustrentur. Hoc eo fit fratres dile-ctissimi, dū ad veritatis originē non reditur, nec caput quęritur, nec magistri cœlestis doctrina ser uatur. Quę si quis consideret & examinet, tracta tu longo atq; argumētis opus non est. Probatio est ad fidē facilis compendio veritatis. Loquitur dn̄s ad Petrū: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Pe-trus, & super istā petrā ædificabo ecclesiā meam, & portę inferorū non vincent eā. Tibi dabo cla ues regni cœlorū, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quęcunq; solueris su-per terrā, erunt soluta & in cœlis. Et eidē post re surrectionē suā dicit: Pasce oues meas. Et quāuis apostolis omnibus post resurrectionē suā parē po testatem tribuat & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite spūm sanctū: Si cui remi-

Insidiæ diaboli

Mat. 16

ſeritis peccata, remittentur illi: Si cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientē ſua autoritate diſpoſuit. Hoc erant vtiq; & cęteri apoſtoli, quod fuit Petrus, pari cōſortio prędıti & honoris & poteſtatis, ſed exordiū ab vnitate proficiſcitur, vt eccleſia vna monſtretur. Quā vnā eccleſiā etiā in cantico canticorū ſpiritus ſanctus ex perſona dn̄i deſignat et dicit: Vna eſt colūba mea perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Hanc eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? quando & beatus Paulus apoſtolus hoc doceat, & ſacramentum vnitatis oſtendat, dicens: Vnum corpus & vnus ſpiritus, vna ſpes vocationis veſtræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus deus? Quā vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime epiſcopi qui in eccleſia præſidemus, vt epiſcopatum quoq; ipſum vnum atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida pręuaricatione corrūpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia vna eſt, quę in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum, & rami arboris multi, ſed robur vnum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radiū ſolis à corpore, diuiſionē lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramū, fractus germinare nón poterit. A fonte pręcide riuū pręciſus areſcet: Sic & eccleſia domini luce perfuſa per orbem totū radios ſuos porrigit, vnū tamē

lumen

Apoſtoli Petro pares.

Canti. 6.

Ephe. 4. Concordia.

Epiſcopatus vnus

Radij multi ſol vnus Similitudinibus vnitatē eccleſiæ probat.

lumẽ eſt, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur, ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit: profluentes largiter riuos latius expandit, vnum tamẽ caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcũditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur: illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari nõ poteſt ſpõſa Chriſti: incorrupta eſt & pudica. Vnam domũ nouit, vnius cubiculi ſanctitatẽ caſto pudore cuſtodit. Hæc nos deo ſeruat, hæc filios regno quos generauit, aſſignat. Quiſquis ab eccleſia ſegregatus adulteræ iungitur, à promiſſis eccleſiæ ſeparatur. Nec pertinet ad Chriſti pręmia, qui relinquit eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt. Habere iam nõ poteſt deum patrem, qui eccleſiam non habet matrem. Si potuit euadere, qui extra arcam Noẽ fuit: & qui extra eccleſiam foris fuerit, euadit. Monet domin9, & dicit: Qui non eſt mecũ, aduerſus me eſt: & qui non mecũ colligit, ſpargit. Qui pacem Chriſti et concordiã rumpit, aduerſus Chriſtum facit. Qui alibi pręter eccleſiam colligit, Chriſti eccleſiam ſpargit. Dicit dominus: Ego & pater vnum ſumus. Et iterum de patre & filio & ſpiritu ſancto ſcriptum eſt: & tres vnum ſunt, & quiſquam credit hanc vnitatẽ de diuina firmitate venientem, ſacramentis cœleſtibus cohærentem ſcindi in eccleſia poſſe, & voluntatem collidentium diuortio ſeparari? Hanc vnitatem, qui non tenet, dei legem non tenet: nõ tenet patris & filij fidem, vitam non tenet & ſalutem. Hoc vnitatis ſacramẽtum, hoc vinculum concordiæ inſeparabiliter cohærentis oſtenditur quando in euangelio tunica domini Ieſu Chriſti non diuiditur omnino nec ſcinditur, ſed ſortientibus de veſte Chriſti, quis Chriſtũ potius indueret, inte-

Arca Noe
Matth.12.

Ioan.10

Ioan.19

ret, integra vestis accipitur, incorrupta atq; indiuidua tunica possidetur. Loquitur ac dicit scriptura diuina: De tunica autem, quæ de superiore parte non consutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit. Vnitatem ille portabat de superiore parte venientem, id est, de cœlo & à patre venientem, quæ ab accipiente & possidente scindi omnino nō poterat, sed totam simul & solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi, qui scindit & diuidit ecclesiam Christi. Contra deniq;, cum Salomone moriēte, regnum eius & populus scinderetur, Achias propheta Ieroboam regi obuius factus in campo, in duodecim scissuras vestimentum suum discidit, dicens: Sume tibi decem scissuras, quia hæc dicit dominus: Ecce scindo regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptra, & duo sceptra erunt ei propter seruum meū Dauid, & propter Hierusalem ciuitatem quam elegi vt ponam nomen meum illic. Cū duodecim tribus Israel scinderentur, vestimentum suum propheta Achias scidit. At vero quia Christi popul9 non potest scindi, tunica eius per totum textilis & cohęrens, diuisa à possidentibus non est. Indiuidua, copulata, connexa ostendit populi nostri (qui Christum induimus) concordiam cohęrentē Sacramento vestis declarauit ecclesiæ vnitatem. Quis ergo sic est sceleratus & perfidus, quis sic discordiæ furore vesanus, vt credat scindi posse, aut audeat scindere vnitatem dei? vestem domini? ecclesiam Christi? Monet ipse in euangelio suo, & docet dicens: Et erit vnus grex & vnus pastor. Et esse posse vno in loco aliquis existimat aut multos pastores, aut plures greges? Aposto

1. Re. 11

Ioan. 10

lus item

lus item Paulus hanc eandem nobis insinuans vnitatem, obsecrat & hortatur, dicens: Obsecro vos, inquit, fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in nobis schismata. Sitis autem compositi in eodẽ sensu, & in eadem sententia. Et iterum dicit: Sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare vnitatem spiritus in coniunctione pacis. Stare tu & viuere putas posse de ecclesia recedentem? sedes sibi alias & diuersa domicilia condentem? cum dictum sit ad Raab, in qua præformabatur ecclesia: Patrem tuum, & matrem tuã, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuã, & erit, omnis qui exierit hostium domus tuæ foras, reus erit: Item sacramentum pascha non aliud Exodi lege contineat, q̃ vt agnus, qui in figura Christi occiditur, in domo vna edatur. Loquitur deus dicens: In domo vna comedetur, non eijcietis de domo carnem foras. Caro Christi & sanctum domini eijci foras non potest, nec alia vlla credentibus præter vnam ecclesiam domus est. Hanc domum hoc vnanimitatis hospitium designat & denunciat spiritus sanctus in psalmis, dicens: Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. In domo Dei, in ecclesia Christi vnanimes habitant, concordes & simplices perseuerant. Idcirco & in columba venit spiritus sanctus, simplex animal & lætum, non felle amarum, non morsibus sæuum, non vnguium laceratione violentum; hospitia humana diligere, vnius domus consortium nosse, cum generant simul filios ædere, cum commeant volatibus inuicem cohærere, communi conuersatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem

1. Cor. 2

Psal. 67

Columba ecclesia

circa oĩa vnanimitatis implere. Hęc est in ecclesia noscēda simplicitas, hęc charitas obtinēda, vt columbas dilectio fraternitatis imitetur, vt mansuetudo & lenitas agnis & ouibus æquetur. Quid facit in pectore Christiano luporum feritas? & canũ rabies? & venenũ lethale serpentũ? & cruenta sæuitia bestiarum? Gratulandum est, cũ tales de ecclesia separantur, ne columbas, ne oues Christi sæua sua & venenata contagione prædentur. Cohærere & coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, pugna cum pace, cũ fœcunditate sterilitas, cũ fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo æstimet bonos de ecclesia posse discedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatã procella subuertit. Inanes paleæ tempestate iactantur, inualidæ arbores turbinis incursione euertuntur. Hos execratur, & percutit Ioannes apostolus, dicens: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum. Hinc hæreses & factæ sunt frequenter, & fiunt, dum peruersa mens non habet pacē, dum perfidia discordans non tenet vnitatem. Fieri vero hæc Dñs permittit & patitur, manente proprię libertatis arbitrio, vt dum corda & mentes nostras veritatis discrimen examinat, probatorum fides integra, manifesta luce clarescat. Per Apostolum pręmonet spiritussanctus & dicit: Oportet & hęreses esse, vt probati manifesti sint in vobis. Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur, sic & ante iudicij diē hic quoq; iam iustorũ atq; iniustorũ animæ diuiduntur, & à frumento paleæ separantur. Hi sunt qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione pręficiũt,

qui se

qui se præpositos sine vlla ordinationis lege con stituunt, qui nemine episcopatū dāte, episcopi sibi nomen assumunt. Quos designat in Psalmis spi- ritussanctus, sedentes in pestilentię cathedra pe- stes & lues fidei, serpentis ore fallentes, & cor- rumpēdæ veritatis artifices, venena lethalia lin- guis pestiferis euomentes. Quorū sermo, vt can- cer serpit, quorū tactus pectoribus & cordibus singulorum mortale virus infundit. Contra eius- modi clamat Dominus, ab his refrenat & reuo- cat errantē plebem suā, dicens: Nolite audire ser- mones pseudoprophetarū, quoniā visiones cor- dis eorū frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore domini. Dicunt eis, qui abijciunt verbū Dei: Pax erit vobis, & oībus ambulantibus in volun tatibus suis. Omnis qui ambulat in errore cor- dis sui, non venient super eum mala. Non loquu tus sum ad eos, & ipsi prophetauerunt. Si stetis- sent in substantia mea & audissent verba mea, & sic docuissent populum meū, conuertissem eos à malis cogitationibus eorū. Hos eosdem denuo dominus designat & denotat, dicens: Me dereli- querunt fontem aquę viuę, & effoderunt sibi la- cus detritos, qui non possunt aquā portare. Quū aliud baptisma præter vnū esse non possit, bap- tizare posse se opinantur. Vitæ fonte deserto, vi- talis & salutaris aquæ gratiam pollicentur. Non abluuntur illic homines, sed potius sordidantur: nec purgantur delicta, sed imò cumulantur. Non Deo natiuitas illa, sed diabolo filios generat. Per mendacium nati, veritatis promissa non capiunt De perfidia procreati, fidei gratiam perdunt. Ad pacis præmium venire non possunt, qui pacē do mini discordiæ furore ruperunt. Nec se quidam vana interpretatione decipiant, quod dixerit Do minus

Psal. 1.

Baptisma vnum

Ephe. 4.

min9: Vbicũq; fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cũ illis sum. Corruptores euãgelij atq; interpretes falsi extrema ponũt, & superiora prętereũt, partim memores, & partim subdole corrũpentes. Vt ipsi ab ecclesia scissi sunt, ita capituli vnius sententiã scindunt. Dñs.n. cũ discipulis suis vnanimitatẽ suaderet & pacẽ: dico, inquit vobis: quoniã si duobus ex vobis cõuenerit in terra de omni re quãcũq; petieritis, cõtinget vobis à patre meo q in cœlis est. Vbicunq; fuerint duo aut tres collecti in noĩe meo, ego cũ eis sum: ostẽdẽs nõ multitudini sed vnanimitati deprecantiũ plurimũ tribui: Si duobus, inquit, ex vobis cõuenerit in terra, vnanimitatẽ prius posuit, cõcordiã pacis ante præmisit, vt conueniat nobis fideliter & firmiter docuit. Quomodo aũt potest ei cum aliquo cõuenire, cui cũ corpore ipsius ecclesię & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine Christi colligi quos constat à Christo & ab eius euangelio separari? non enim nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt. Et cum hæreses & schismata postmodũ nata sint, dum conuenticula sibi diuersa constituunt veritatis caput atq; originem reliquerunt. Dominus autem de ecclesia sua loquitur, ad hos qui sunt in ecclesia loquitur, vt si ipsi concordes fuerint, si secũdũ quod mandauit & monuit, duo aut tres licet, collecti vnanimiter orauerint, duo aut tres licet sint, impetrare possint de dei maiestate quod postulant: Vbicunq; fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego, inquit, cum eis sum, cum simplicibus scilicet atq; pacatis, cum deum timentibus, & dei præcepta seruantibus. Cum his duobus vel tribus licet, esse se dixit: Quomodo & cum tribus pueris in camino ignis fuit, & quia in deũ simplices, atq; inter se vnanimes per-

Mat. 18

Vnanimitati plurimum tribuendum

Mat. 18

Dan. 3

manebant, flămis ambientibus medios spiritu roris animauit. Quomodo apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia vnanimes erăt, ipse affuit, ipse resolutis carceris claustris, vt verbum quod fideliter prædicabăt, multitudini traderent, ad forũ rursus imposuit. Quando ergo in præceptis suis ponit & dicit: Vbi fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum, nō homines ab ecclesia diuidit, qui instituit & fecit ecclesiă, sed exprobrans discordiă perfidis, & fidelibus pacem sua voce cōmendans, ostendit magis esse se cũ duobus aut tribus vnanimiter orantibus, q̃ cum diffidentibus plurimis, plusq; impetrari posse paucorum concordi prece, q̃ discordi oratione multorũ. Ideo & cũ orădi legē daret, addidit, dicēs: Et cũ steteritis ad orationē, remittite si qd habetis aduersus aliquē, vt & pater vester q in cœlis est, remittat vobis peccata. Et ad sacrificiũ cũ dissensione venientē reuocat ab altari, & iubet prius cōcordare cũ fratre, tunc cũ pace redeuntem domino munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit deus. Neq; enim habere pacatũ deũ poterat, qui cũ fratre pacē per zeli discordiă nō habebat. Quă sibi igitur pacē promittunt inimici fratrũ? quę sacrificia celebrare se credũt ęmuli sacerdotũ? an secũ esse Christũ cũ collecti fuerint opinătur, qui extra Christi ecclesiă colliguntur? Tales etiă si occisi in cōfessione nois fuerint, macula ista nec sanguine abluit. Inexpiabilis & grauis culpa discordię nec passione purgat. Idem Cyprianus de hęreticis, q̃uis hęretici Christum cōfessi & extra ecclesiă fuerũt occisi: nisi hęreticorũ patroni & aduocati hęreticos in falsa cōfessione Christi interfectos martyres prędicant & contra apostolicam testationē, qui nihil eos quamuis exustos & occisos dicit posse proficere,

Act. 5

Mar. 11

Esse martyr non potest, qui in ecclesia non est: ad regnum peruenire non poterit, qui eam quæ regnatura est derelinquit. Pacē nobis Christus dedit: concordes atq; vnanimes esse præcepit: dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atq; inuiolata seruari mandauit: exhibere se non potest martyrem, qui fraternā non tenuit charitatem. Docet hoc & contestatur Paulus apostolus, dicens: Et si habuero fidem ita vt montes transferā charitatem autē non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperū distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meū vt ardeam, charitatē autē non habeam, nihil proficio. Charitas magnanima est Charitas benigna est, Charitas non æmulatur, non inflatur, non iritatur, non agit perperam, nō cogitat malum. Omnia diligit, omnia credit, oia sperat, omnia sustinet: Charitas nunquā excidit. Nunquā, inquit, charitas excidit: hæc enim semper in regno erit, hæc in æternū fraternitatis sibi cohærentis vnitate durabit. Ad regnū cœlorum non potest peruenire discordia, nec ad præmia Christi, qui dixit: Hoc est mandatum meū, vt diligatis inuicem quemadmodum dilexi vos. Pertingere non poterit ad præmiū Christi, qui dilectionē Christi perfida dissensione violauit. Qui charitatē non habet, Deum non habet. Ioannis beati apostoli vox est: Deus, inquit, dilectio est, & qui in dilectione manet, manet in Deo, & deus in illo manet. Cum Deo manere non possunt qui esse in ecclesia dei vnanimes noluerunt, ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ, nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest, Sic se Christianum

Ne martyr quidē absq; charitate.

1. Cor. 13.

Ibidem

Ioan. 15.

1. Ioan. 4

ſtianum eſſe profitetur, quomodo & Chriſtum diabolus ſępe mentitur, ipſo domino præmonē- te & dicente: Multi venient in nomine meo, di- centes: Ego ſum Chriſtus, & multos fallent. Sicut ille Chriſtus non eſt, quãuis fallat in noĩe illius: Ita nec Chriſtianus videri poteſt, qui non permanet in euangeliĵ eius & fidei veritate. Nã & prophetare, & dæmonia excludere, & virtu tes magnas in terris facere, ſublimis vtiq; & ad- mirabilis res eſt. Non tamen regnũ cœleſte con- ſequitur, quiſquis in his omnibus inuenitur, niſi recti & iuſti itineris obſeruatione gradiatur. De- nunciat dñs & dicit: Multi dicẽt mihi in illo die: Domine domine, nõne in tuo nomine propheta uimus? & in nomine tuo dæmonia excluſimus? & in nomine tuo virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nunquã vos cognoui, recedite á me, qui operamini iniquitatẽ. Iuſtitia opus eſt, vt promereri quis poſſit Deum iudicem. Præce- ptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt ac- cipiant merita noſtra mercedem. Dñs in euange lio, cũ ſpei & fidei noſtræ viã cõpendio breuiãte dirigeret: dominus deus tuus, inquit, vnus eſt Et diliges Dominũ Deum tuũ de toto corde tuo, et de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc pri mum & ſecundum ſimile huic, diliges proximũ tuũ tanquã te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Vnitatem ſimul et dilecti- onem magiſterio ſuo docuit, prophetas omnes et legem præceptis duobus incluſit. Quam vero vnitatẽ ſeruat, quam dilectionem cuſtodit, aut co gitat, qui diſcordiæ furore veſanus eccleſiã ſcin- dit, fidem deſtruit, pacẽ turbat, charitatẽ diſſipat ſacramentũ prophanat? Malum hoc fideliſſimi fratres iam pridem cœperat, ſed nunc creuit eiuſ- dem

Marci.13

Matt.7

Mat.22

Copia

dem mali infesta clades, & surgere & pullulare plus cœpit hæreticæ peruersitatis & schismatum venenata pernicies: quia & sic in occasum mundi oportebat, prenunciãte per Apostolum nobis et præmonente spiritu sancto: In nouissimis, inquit, diebus aderunt tẽpora molesta, & erunt homines sibi placẽtes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, parẽtibus inobediẽtes, ingrati, impij, sine affectione, sine fœdere, delatores, incõtinentes, immites, bonũ non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis q̃ deũ diligentes, habentes deformationẽ religionis, virtutẽ autẽ eius abnegantes. Ex ijs sunt qui repũt in domos viduarũ, & prędantur mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desyderijs, semper discentes & nunq̃ ad scientiã veritatis perueniẽtes Et quomodo Iamnes & Mãbres restiterũt Moysi, sic & hi resistunt veritati, sed vltra non proficient plurimũ. Imperitia enim eorum manifesta erit oĩbus, sicut & illorũ fuit. Adimplentur quęcunq; prędicta sunt, & appropinquãte seculi fine hominũ pariter ac temporum probatione venerũt. Magis ac magis aduersario sæuiente error fallit, extollit stupor, liuor incendit, cupiditas excæcat, deprauat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira pręcipitat. Nõ tamen nos moueat aut turbet multorũ nimia & abrupta perfidia, sed potius fidẽ nostram prænunciãte rei veritate corroboret. Vt quidam tales cœperunt, quia hęc ante prędicta sunt, ita cæteri fratres ab eiusmodi caueãt, quia & hęc ante prędicta sunt instruẽte domino & dicẽte: Vos aũt cauete, ecce prædixi vobis oĩa. Vitate quæso vos eiusmodi homines, & à latere, atq; auribus vestris perniciosa colloquia velut cõtagium mortis arcete, sicut scriptũ est: Se

2. Tim. 3 χαλεπὰ

Mar. 13

Eccle. 28

pi aures

pi aures tuas spinis, & noli audire linguam neq̃. Et iterum: Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ. Docet dominus & admonet à talibus recedendum. Cæci sunt, inquit, & duces cęcorum. Cæcus autem cæcum ducens ambo in foueam cadent. Auersandus talis atq; fugiendus quisquis fuerit ab ecclesia separatus. Peruersus est huiusmodi, & peccat, & à semetipso damnatus. An esse sibi cum Christo videtur, qui aduersus sacerdotes Christi facit? qui se à cleri eius vel plebis societate secernit? Arma ille contra ecclesiam portat, contra dei dispositionem repugnat: hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus: contemptis episcopis & dei sacerdotibus derelictis constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicę hostię veritatem per falsa sacrificia prophanare, nec scire quoniam qui contra ordinationem dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur. Sic Chore & Dathan & Abiron, q̃ sibi contra Moysen & Aaron sacerdotem sacrificantes licentiam vendicare conati sunt, pœnas statim pro suis conatibus penderunt. Terra compagibus ruptis in profundum sinum patuit, stantes atq; viuentes recedentis soli hiatus absorbuit. Nec tantum eos qui autores fuerant, dei indignantis ira percussit, sed & cęteros ducentos quinquaginta participes eiusdem furoris & comites: qui coagulati cũ ijsdem simul ad audaciam fuerant, exiens à domino ignis properata vltione consumpsit, admonens scilicet & ostendens contra deum fieri, quicquid improbi fuerint ad destruẽdam ordinationem dei humana voluntate conati. Sic & Ozias rex, cum

1. Cor. 15

Mat. 15.

Num. 16

Ozias

2.Par.26 turibulum ferens, & contra legem dei sacrificiũ
4.Re.5. sibi violenter assumens, resistente sibi Azaria sacerdote, obtemperare nollet & cedere, diuina indignatione confusus, & lepræ varietate in fronte maculatus est, ea parte corporis notatus, offenso domino, vbi signantur, qui dñm promerẽtur. Et
Aaron filij extincti filij Aaron, qui imposuerunt altari ignem alienũ, quem non pręceperat dñs, in cõspectu statim dñi vindicantis extincti sunt: quos imitantur scilicet
Leui.10 atq; sectantur, qui dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt, & magisteria humanæ institutionis inducunt, quos increpat dñs & obiurgat in euangelio suo dicens: Rejicitis manda-
Mar.17 tum dei, vt traditionem vestram statuatis: peius hoc crimen est, q̃ quod admisisse lapsi videntur, qui tamen in pœnitentia criminis constituti, deũ plenis satisfactionibus deprecantur. Hic ecclesia quęritur & rogatur: illic ecclesia repugnatur. Hic potest necessitas fuisse: Illic voluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est, sibi tantum nocuit: Illic qui hæresim vel schisma facere conatus est, multos secum trahendo decepit. Hic animę vnius est damnum, illic periculum plurimorum. Certe peccasse se, hic & intelligit & lamentatur & plangit ille tumens in peccato suo, & in ipsis suis delictis placens, à matre filios segregat, oues à pastore sollicitat, dei sacramenta disturbat. Et cum lapsus semel peccauerit, ille quotidie peccat. Postremo la-
Alias * postmodum. psus, martyrium * primitionem consequutus potest regni promissa percipere, ille si extra ecclesiã fuerit occisus, ad ecclesię non potest pręmia peruenire. Nec quisquam miretur dilectissimi fratres etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere, inde quoq; aliquos tam nefanda q̃ grauia peccare. Neq; enim confessio immunẽ facit ab insi-

dijs dia-

dijs diaboli, aut contra tentationes, & pericula, et incursus atque impetus seculares ad hoc in seculo positum, perpetua securitate defendit: cæterũ nunquam in confessoribus fraudes & stupra, & adulteria postmodũ videremus, quę nunc in quibusdã videntes ingemiscimus & dolemus. Quisquis ille confessor est, Salomone maior, aut melior, aut charior non est, qui tamen quandiu in vijs dñi ambulauit, tam diu gratiã, quã de dño fuerat consequutus, obtinuit. Postquã dereliquit domini viã, perdidit & gratiã dñi. Et ideo scriptum est Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam. Quod vtiq; dominus non minaretur auferri posse coronam iustitiæ, nisi quia recedente iustitia recedat necesse est & corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum coronæ, nec perficit laudem, sed initiat dignitatem, cumq; scriptum sit: Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, is saluus erit, quicquid ante finem fuerit, gradus est, quo ad fastigiũ salutis ascenditur, non terminus, quo iam culminis summa teneatur. Confessor est, sed post confessionem periculum maius est, quia plus aduersarius prouocatus est. Confessor est, hoc magis stare debet cum domini euangelio, per euangelium gloriã consequutus à domino. Cui multũ datur, multum quęretur ab eo, & cui plus dignitatis ascribitur, plus de illo exigitur seruitutis. Nemo per confessoris exemplum pereat. Nemo iniustitiam, nemo insolentiam, nemo perfidiam de confessoris moribus discat. Confessor est, sit humilis & quietus, sit in actu suo cũ disciplina modestus, vt qui Christi confessor dicitur, Christum quem confitetur, imitetur. Nam cũ dicat ille: Qui se extollit humiliabitur, & qui humiliat se exaltabitur & ipse à patre exaltatus sit, quia se in terris sermo

Apoc.5

Confessio gloriæ exordium.

Matt.10

Cõfessor.

Luc.18

& virtus, & sapientia dei patris humiliauit, quomodo potest extollentiam diligere, qui & nobis humilitatem sua lege mandauit, et ipse à patre amplissimum nomen præmio humilitatis accepit? Confessor est Christi, sed si non postea blasphemetur maiestas et dignitas Christi. Lingua Christum confessa non sit maledica, non sit turbulenta, non conuicijs et litibus perstrepens audiatur: non contra fratres & dei sacerdotes post verba laudis serpentis venena iaculetur. Cęterum si culpabilis & detestabilis postmodum fuerit, si confessionem suam mala conuersatione prodiderit, si vitam suam turpi fœditate maculauerit, si ecclesiam denique, vbi confessor factus est, derelinquēs & vnitatis concordiam scindens, fidem primam perfidia posteriore mutauerit, blādiri sibi per cōfessionem non potest quasi electus ad glorię præmium, quum ex hoc ipso magis creuerint merita pœnarum. Nam & Iudā inter apostolos dominus elegit, & tamen Iudas dn̄m postmodū prodidit. Non tamen idcirco apostolorum fides & firmitas cecidit, quia proditor Iudas ab eorum societate defecit, sic & hic non statim confessorū sanctitas, & dignitas comminuta est, quia quorundam fides fracta est. Beatus Apostolus loquitur in epistola sua, dicens: Quid enim si exciderunt à fide quidā illorū, nunquid infidelitas illorū fidē euacuauit? absit. Est enim deus verax, omnis autem homo mendax. Stat confessorum pars maior & melior in fidei suę robore, et in legis ac disciplinę dominicæ veritate. Nec ab ecclesiæ pace discedunt, qui se in ecclesia gratiam consequutos de dei dignatione meminerunt, atqui hoc ipso ampliorem consequuntur fidei suæ laudem, quod ab eorum perfidia segregati, qui iuncti confessionis consortio

Iudas proditor

Rom. 3

sortio fuerunt, à contagio criminis recesserunt, vero illuminati euangelij lumine, pura & cādida domini lúce radiati, tā sunt in conseruāda Christi pace laudabiles, q̄ fuerunt in diaboli cōgressione victores. Opto equidē dilectissimi fratres & consulo pariter & suadeo, vt si fieri potest, nemo de fratribus pereat, & consentientis populi corpus vnū gremio suo gaudēs mater includat. Si tamen quosdā schismatum duces, & dissensionis autores, in cæca & obstinata dementia permanentes, nō potuerit ad salutis viā consiliū salubre reuocare: cæteri tamen vel simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiæ calliditate decepti, à fallaciæ vos laqueis soluite, vagātes gressus ab erroribus liberate, iter rectum vię cœlestis agnoscite. Cōtestātis Apostoli vox est: Pręcipimus vobis, inquit, in noīe domini Iesu Christi, vt recedatis ab oībus fratribus ambulantibus inordinate & nō secundū traditionē quā acceperunt à nobis. Et iterū dicit: Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira dei super filios cōtumaciæ. Nolite ergo esse participes eorū. Recedendū est à delinquētibus vel imò fugiendū, ne dum quis male ambulantibus iungitur, & per itinera erroris & criminis graditur, à via veri itineris exerrans, pari crimine & ipse teneatur. Vnus deus est & Christus vnus, ecclesia eius vna, fides vna, & plebs in solidam corporis vnitatē cōcordiæ glutino copulata. Scindi vnitas nō potest, nec corpus vnū dissidio cōpaginis separari, diuulsis laceratione visceribus in frusta discerpi. Quicquid à matrice discesserit seorsum viuere & spirare nō poterit: substantiā salutis amittit. Monet nos spiritus sanctus & dicit: Quis est homo q̄ vult vitā, et amat videre dies optimos?

2. Thes. 3

Ephe. 5

Vnitas

Psal. 33

Cōtine linguā tuā à malo, & labia tua ne loquātur insidiose. Declina à malo & fac bonū, quære pacem & sequere eā. Pacem quęrere debet & sequi filius pacis, à dissentionis malo cōtinere linguam suā debet, qui nouit & diligit vinculū charitatis. Inter sua diuina mādata & magisteria salutaria passioni iā proximus dominus addidit dicens: Pacē dimitto vobis, pacem meā do vobis. Hanc nobis hęreditatē dedit, dona omnia suę pollicitationis & præmia in pacis cōseruatione promisit. Si cohæredes Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filij dei sumus, pacifici esse debemus. Beati, inquit, pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Pacificos esse oportet dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione cōcordes fideliter sibi vnanimitatis nexibus cohærentes.

Pax quærenda

Ioan. 14

Mat. 5

Hæc vnanimitas sub Apostolis olim fuit. Sic nouus credentiū populus domini mādata custodiens charitatē suā tenuit, probat scriptura quæ dicit: Turba autē eorum qui crediderāt, anima & mente vna agebāt. Et iterū: Et erāt perseuerātes vnanimes in oratione cū mulieribus, & Maria quę fuerat mater Iesu, & fratribus eius. Et ideo efficacibus precibus orabant, ideo impetrare cū fiducia poterant quodcunque de domini misericordia postulabāt. In nobis vero sic vnanimitas diminuta est, vt & largitas operationis infracta est. Domos tunc & fundos venundabāt, & thesauros sibi in cœlo reponētes, distribuenda in vsus indigentium precia Apostolis offerebant. At nūc de patrimonio nec decimas damus, & cū vēdere iubeat dominus, emimus potius & augemus. Sic in nobis emarcuit vigor fidei, sic credentium robur elāguit. Et idcirco dominus tēpora nostra respiciens in euangelio suo dicit: Filius hominis cū vene-

Act. 4

Act. 1

Taxat auaritiā

Luc. 18

venerit, putas inueniet fidem in terra? Videmus fieri quod ille prædixit. In dei timore, in lege iusti tiæ, in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo futurorum metũ cogitat, diẽ domini, & iram dei & incredulis ventura supplicia, & statuta perfidis ęterna tormẽta nemo cõsiderat. Quod metueret cõscientia nostra si crederet, quia non credit omnino, nec metuit. Si autem crederet, & caueret. Si caueret, euaderet. Excitemus nos quãtum possumus dilectissimi fratres, & somno inertiæ veteris abrupto ad obseruãda & gerẽda domini præcepta vigilemus. Simus tales quales esse nos ipse præcepit dicens: Sint lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominũ suũ quando veniat à nuptijs, vt cũ venerit & pulsauerit, aperiant ei. Beati serui illi, quos adueniens dominus inuenerit vigilantes. Accinctos nos esse oportet, ne cum expeditionis dies venerit, impeditos & implicitos apprehendat. Luceat in bonis operibus nostrũ lumen & fulgeat, vt ipsum nos ad lucem claritatis æternæ de hac seculi nocte perducat. Expectemus soliciti semper & cauti aduentum domini repentinũ, vt quando ille pulsauerit, euigilet fides nostra vigilantiæ pręmiũ de domino receptura. Si hæc mandata seruentur, si hęc monita & pręcepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus. Serui vigiles Christo dominante regnabimus.

Fides rara

Vigilandum est.

Luc. 12

Antuerpiæ Typis Ioannis Graphei.


CONCOR DIA.
IO. STEELS.